HERONIS AB INTHIEMA,

ICti. Q. Friſiaco-Naſſoviani exercitus Cenſoris militaris

Circa gentilitias familiarum domos, earumq; appendentes prærogativas maſculas. & defunctorũ extremas ſuper iiſdem voluntates, maleq; fidei poſſeſſorum machinationes

Diſquiſitio Iuridica, ortu ſuo producta.

EX CAVSA

Nobiliſsimi & Strenui Herois

D. GEORGII à LYAVCKEMA

CHILIARCHI BRABANTIÆ ARCHIDVCIS.

CONTRA

NOBIL. CAMSTERANOS à SENATV Friſiorum Provinciali in commodum præfati D. LYAUCUMA deciſa; & quatuor juris reſponſa aliaque lectu jucunda continens, omnibus præter jus & æquum ſcitu utiliſsima, in ſingularem forenſium, uſum evulgata.

Coll. Rom. Soc. Jesu
Cat. Inscript.

LEOVARDIÆ,
EXCVDEBAT
ABRAHAMVS RADÆVS,
TYPOGRAPHUS ORDINARIUS,
CIϽ IϽ CXIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISS. POTENTISS.

PRINCIPI AC DOMINO

FREDERICO V.

COMITI PALATINO

Ad Rhenum ſacri R. Imperij electori primario, utriuſq; Bavariæ Duci, &c.

PRINCIPI AC D. CLEMENTISS.

Hanc juridicam diſquiſitionem

HERO AB INTHIEMA

In perpetuæ obſervantiæ teſtimoniū dedicat conſecratq;

INTEREST *Reipub. Sereniſſimè Princeps elector ut arduarum cauſarum cognitio litiumq; magni momenti diſceptatio, in vulgus hominum, maximè inconſpectū magnorū virorum qui dicendo juri, & reipub. adminiſtrandæ præſunt, proferatur. Sic enim, & cauſa ipſa omnium cenſuræ judicioq; ſubjicitur; & judicum integritas cognoſcitur, & utra litigantium pars pro juſtitia*

Digitized by Google

contenderit, intelligitur, æquitas laude, iniquitas vituperio & dedecore afficitur. Cum hæc perpenderem Princeps Illuſtriſsime non abs re me facturũ putavi, ſi hos meos labores, quos pro cauſa nobiliſſimi viri Domini GEORGII *à* LYAUCKEMA *tribuni militum apud Illuſtriſſimum Archiducem fortiſſimi, affinis mei honorandi, inavitorum bonorum, quibus durante bello, injuſte ejectus erat, recuperationem ſuſcepi, ſub auguſti tui nominis auſpicÿs in lucem emitterem. Depreßa fuit illa cauſa perquã plures annos iniquiſſimis rixantium cauſidicorum contentionibus, nunc verò pactis inter Archiducem Belgÿq; ordines ordines inducÿs, per conſultiſsimos patriæ noſtræ ſenatores vindicata, & Dom. Lyauckema fundi aviti proprietas reſtituta eſt. Accedit ad hoc Illuſtriſsime Princeps; quod cum parum multos ante annos in Angliam profectura jungendis feliciter nuptÿs cum unica Britanniæ Regis filia, Amſterdamum C. Tua hæreret, meque tum Phriſiacæ militiæ cenſorem T. C. menſæ adhiberes egregiæ, & vere regiæ virtutes tuæ, ſuis me quaſi radÿs perfuſum, colluſtrarint inq; C. T. admirationem venerationemq; pertraxerint. Eminebat in*

vultu

vultu digna tali honoris faſtigio tẽperata gravitate modeſtia, in ſermone prudentia, in õni actione fides, dignitas, te heroica animi magnitudo ſeſe proferebat. *Gratulatur ſibi de tali Principe Germania, cujus fluctuantem ſtatum te compoſiturum ſervatamq; ab his turbarum procellis in portum deducturum confidit. Gaudet Belgica noſtra, quæ tum ob conſentientem orthodoxæ religionis profeſſionem, tum ob cognati ſanguinis propinquitatem qua T. C. Inclytum Principem* MAURITIUM & NASSOVICAM *domũ attingit, omnibus neceſſitudinis vinculis T. C. adſtricta & ſociata eſt. Reſp. Chriſtiana univerſa arrecta eſt in ſpem magnam, fore ut aliquando divinis animi tui virtutibus, ab his tumultibus ad quietem & otium perducatur. Accipe igitur ſerena frõte ſereniſſime Princeps hanc juridicã meam diſquiſitionẽ meq; deliteſcẽtem ſub C. T, patrocinio clementiſſime tuere, fove, fave, ſignatum* Leowardiæ Phriſiorum. *3. Ianuar. 1619.*

Tuæ Serenit. obſervantiſs.

H. ab INTHIEMA.

Digitized by Google

AD

Nobilem, præſtantem, & conſtantẽ virum *HERONEM ab INTHIEMA.*

I. C. Affinem ſuum amandum.

INtima *teſtantum ſcrutatur & abdita ſenſa*
Inthima *juridica quod gravitate docet*
Inthima *ſiderea vates ſatis intime divæ*
Quis renuat Muſis intimus eſſe ſuis.

Georgius à Lyaucuma.

IN EFFIGIEM *Nobiliſsimi, Clariſsimi, togâ ſagoq́;* PRÆSTANTISS. HEROIS D. HERONIS AB INTHIEMA, I. C. FRISII

Exercitus Naſſovici non ita pridem Luſtratoris fideliſsimi. nunc verò in almâ Academiâ Illuſt. Friſiæ Ordinum, quæ Franekeræ eſt, Graphiarij &c.

QVem ſua nobilitas ſublimat, quemque venuſtat
Inclyta ſtirps, longâque ab origine ducta propago
Semideũ Heroum, non degener Inthiema proles
Stemmatis illuſtris, non laudis egenus avitæ
Sic fert ora, ſuum quem nunc Academia jactat.
Iuſtitiæ exemplar, pietatis regula, honeſti
Norma, incorruptus recti juriſque ſacerdos.
Obſcuros igitur Proavos ſi fata dediſſent.
Hic ter dignus erat, genus à quo ſumere poſſet
Nobile poſteritas & Dis miſcerier ipſis.

Sixtinus Amama,
Ebr. Lit. Profeſſor poſuit Franekeræ B.

Digitized by Google

AD

NOBILISS. VIRUM

HERONEM AB INTHIEMA ICtum.

Et Illuſtris Academiæ Friſiorũ quæ eſt Franekaræ Secretarium ſive Cancellarium.

FILIUS ora patris præſentat, & æmulus alta
Signa ſuæ gentis, nomina, facta refert:
Non ea fœmellæ virtus; *Oblivio* nomen
Indidit, attribuunt ſed *monumenta* viro (a
Hic generis columẽ: decoríſq; oblita paterni
Tranſiit ad ſtirpem nupta, marite, tuam.
Vnde Iovis juſſu ſancitum, ut haberet avitas
Filius æterna poſteritate domos[b] (b.num. c 27.
Edocet exemplis hoc LYAUCKEMA martius heros,
Maſcula majorum ſpéſque decúſq; ſalus.
Inthiema quẽ antiquis natalibꝰ atq; trophæis
Devictum intrepidus reddidit arte ſua.
Macte animo rabioſa fori tot jurgia taxas,
Iudicis hinc firmat ſpreta ſenatus ope.

HENRICUS RHALA

ICtus Eloquentiæ & Hiſtoriarum
Profeſſor Franequ.

a) Hebræi fæminas vocant Nakhim à themate Naſcha quod ſignificat oblivisci .oblivioni tradi quod in ijs memoria paternæ familiæ oblitteretur marem autẽ vocant Zachar à themate Zachar hebræo, quod significat recordari vel memoriæ tradi quod in memoria nomenque familiæ æternæ conſecretur & conſervetur.

Reſponſum Primum
HERONIS AB INTHIEMA.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.

NVPER talis cauſa viſitanda, mihi infraſcripto propoſita fuit: Extitit quondã, ante multos annos, in vivis, antiquiſsima generationis ſeriè, nobiliſsimus, ac ſummis ingenij dotibus, oriundus vir, *Epo à Laucuma*, Friſius, qui præter alia ampliſsima bona, heroicum quoddam caſtrum, ipſi à majoribus ſuis, titulo ſpecialis fideicommiſsi, obventum, in pago, ſive vico Sexbierum, prope Harlingiam, amplis, ac profundis foſsis, aliiſque pontibus, tempore neceſsitatis, ad avertendas, raptorum, aliorumque incendiariorum violentas manus, ſubtrahendis, munitum, inſuper, ſubterraneis quibuſdam antris, ſive fortiſsimis conclavibus, inopinatæ oppreſsionis evitandæ beneficio, conditum, & ante immemoriale tempus, in memoriam demortuorum, honorem viventium, & ad huc naſciturorum gloriam Laucumanorum, laudabiliter, ſingulari arte, extructum, & vallatum, multis & diverſis graminatis, tam ipſis amnialibus paſcendis, quam terræfructibus inſeminandis, annexum, aliiſque ſpecialibus prædiis alligatum habuit, poſſedit, & jure

Arcis Laucumanæ deſcriptio.

re dominii, ſecundum proavorum, diverſas teſtamentarias diſpoſitiones, ſemper de gradu extincto, ad viventem præſentis familiæ gradum, tranſitorium, factum, uſurpavit deinde, ingruente ſenectute, hic Dominus Epo à Lauckuma morti factus proximior, nulliſque corporis hæredibus, à Deo Opt. Maximo Benedictus, aut donatus, Fratris ſui Icconis, quatuor liberos, nomine Scheltonem, Icconem, Luciam & Catharinam, omnium ſuorum bonorum hæredes inſtituit, hanc tamen arcem, ſuperius paucis deſcriptam, ab iiſdem, memoria præteritorum, cõſideratione præſentium, & futurorum intelligentia, ipſum impellentibus, eximens & ſeparans, perpendenſque eandem, nudo teſtamento, abſque reſtrictione inter cætera immobilia, translatam, contra avorum ſolitas, conſuetas, ſive præſcriptas, de maſculo, in maſculum directas fidei commiſſarias ſuccedendi vias, per diverſa inſtitutorum inſtitutarumque, ex iiſdem natorum, ſive naſciturorum matrimonia, facillimè dividi, imo, per totum alienari, ſive extra hanc ſplendidam Laucumanam ſtirpem, aliorum fœtoſis ac ſuperbiſsimis uſibus, applicari poſſe, cui, ut præveniret, & niſi à ſuis majoribus, ſatis dilucidè, & perſpectè, præcautum fuiſſet, in ſuperfluum, & majorem certitudinem, odioſæ excludendæ alienationis, non Dominæ huic Luciæ, aut Catharinæ, tanquam muliebribus perſonis, & avitorum manifeſtis alienatricibus, quamvis ipſi teſtatori optimè, & ſingulariter cognitis, Imo dilectiſsimis, & propter præcedentem, aliorum bonorũ inſcriptam inſtitutionem, acceptiſsimis, ſed eandẽ cum omnibus ſuis pertinentiis, privilegiis, ac regalibus

Omnium liberorum inſtitutio.

Arx Lauckumana ſeparatur, à reliquis bonis.

Fœminarum quamvis teſtatori acceptiſsimarum excluſio.

libus

libus, prænominati ſui fratris Sicconis, majori natū (quod ſingulariter primo notandum) filio, nomine Scheltoni, per verba, in æternum, apud hunc permanſuram, deinde huic mortuo, nulloſque legitimos ſucceſſores, relinquenti, alteri ſuo fratri Sicconi, cui abſque liberis, in fata conceſſo, tandem tertio horum ſororibus, Luciæ & Catharinæ, more præallegato, prælegavit, poſt quas abſolutas ſubſtitutiones, hic Dominus teſtator, in eodem ſuo elogio priora dicta clarius explicaturus, ſcilicet maſculinitatis, ſibi cordi exiſtentem curam, ardorem, & prælationem, expreſſurus: Quarto progreditur, in hunc modum, **Item toe allen tyden** Schelto, Latine omni & ſempiterno tempore, Schelto, gaudebit hoc ſeparato legato, poſtêa Scheltonis major natu proles, aut partus, poſt eundem, ſenioris prolis proles, & ſic in æternum, in deſcendēti gradu (nota) ſoli habebūt, nempè unus, poſt mortē alterius, omni diviſione, ejuſdem prælegati, rejicienda, eo inſuper obſervato, ſi major natu inſufficiens foret, aut per defectum qualitatum, virtutum, ſcientiarum, aliarumque notitiarum, indignus exiſteret, ſemper & ſequenti tempore, unum ex aliis Iunioribus liberis, ad regendum, & propugnandum, validiorem, ſive digniorem, ex judicio Abbathis, in Lidlum, & paſtorum, in Oiſterbierum, & Pieterſbierū, electum iri, ſeriò demandavit, ex anxia ſollicitudine, præcepit, dum octavo, poſt priorum ordinationem, ſingulari quodam gemitu, in prædictæ maſculinitatis amorē tractus, hoc modo ejulet: Item ſi Schelto præſcriptus, in ſua poſteritate (quod denuo ponderandum) aut ſine deſcendētibus deficeret, tunc præcipuū hoc

Modus & obſervantia ſuccedendi.

Maſculorū prælatio.

In Oiſterbierum & Pieterſbierum ordinantur collatores.

Digitized by Google

prælegatum, præſcripto modo habebit Sicco, aut ad ejus deſcendentes, & in defectum horum Sicconis, deſcendentium, tandem in Luciam, & Catharinam dovoluetur, ea conditione, quod legatarius, qui tanquam dominus ſive proprietarius, aut poſſeſſor & Antiſtes, ſive hujus Laucumani monumēti propugnator, ædes ſplendidas, ab omni interitu, quaſi vindicaturus, in perſona (nota) poſsideret, ſive inhabitaret, quo facto, Filiam quandam, in Teſtamento præſenti, nominatam, ſub pœna privationis, ex Heremana Familia natam, in legitimã uxorem duceret, his ita diſpoſitis, & circumſpectè deductis, & ordinatis, teſtator poſtea *moritur, cui, virtute ultimæ, & à majoribus, divinis inflatibus, præfixæ, hujus voluntatis, primo, ab hoc Domino Epone inſtitutus, & hoc ſpeciali legato, honoratus Schelto, fratris ſui ſenior filius, ſucceſsit, legatũ hoc circa quadraginta annos rexit, gubernavit, & aliquot millibus melioravit, dum ruinoſa reſtauraverit, lapſa, erexerit, & per totum conſumpta, reædificaverit, quo tempore, ad evitandam legati privationē, patrui teſtatoris juſſui obediens, dictæ filiæ Heremanæ, conjugaliter ſeſe adjunxit, & cum eadem, per diverſos annos, in matrimonio vixit, tandem, hæc, utpote ſterilis, naturæ debitum ſolvit, cujus juſto, luctus, expirato tēpore, hic Dominus viduus, Schelto, ſecundam Sophiam à Martena poſt hujus mortē ex generoſa Phriſiorũ ſtirpe Decamana, Iellã, ſive Helenam nomine duxit, ex qua, duos Filios Georgium, & Sicconem, nominibus inſignitos, & ſeptem filias, ſuſcepit, quarum omnium, & ſuorum fratrum maxima natu, vocata fuit Sioucka, Hic Dominus

Poſteritas Laucumana Dominus Poßeſſor, & antiſtes, sũt vocabula ipſis maſculis, & nulla ratione ipſis famillis ſecundum ſubjectam materiam nimirum Laucumanã familiã & minime extrinſecam, convenientia.

Mulier nupta non poſsidet, cujus maritus eſt Dominus tã dotalium, quam paraphernalium: Ex hiſce intelligitur teſtatorē maſculum, ſub nominatione Scheltonis ſenioris partus denotare voluiſſe, & excludere faminam, cujus non eſt ducere, ſed nubere

** Teſtator moritur.*

Arcis reſtauratio.

Totius litis præsētis fons & origo.

Dominus ſucceſſor, & horum liberorum genitor,
Schelto, cum ſimiliter, vitæ finem, ſibi imminere,
horamque mortis, incertiſsimam eſſe, & quam ci-
tiſſimè præter opinionem ejuſdem, pavoribus, &
ſtridoribus horribiliſſimis, quam facillimè, obrui, ſi-
ve ante rei domeſticæ, inter liberos neceſſariam di-
viſionem, aliamque diſpoſitionem, conficiendam,
ex hoc mundi ergaſtulo, avocari poſſe, timeret, &
rectè vereretur, ſecundum veſtigia teſtamentaria ſu-
orum majorum, idem grande hoc prælegatum, ſe-
niori ſuo filio, mox nominato Georgio à Laucuma,
poſt mortẽ matris dictæ Domicellæ Helenæ à Deca-
ma, bonorum ſive hujus arcis ordinatæ uſufructua-
riæ, apprehendendum, aſsignavit, eundemque in
ſuper Dominum Georgium, cum altero fratre Sic-
cone, & ſororibus, ſive ſuis filiabus, reliquorum, hæ-
redem inſtituit, prout latius, ex ejuſdem elogii co-
pia, ſub lit. C.C. adjuncta, intelligere datur, poſt
cujus mortem, poſtea ſecutam, mater Iella, facta vi-
dua, in arce. Iure uſus fructus, ſibi, uti dictum, à
marito relicta, aliiſque bonis, eidem annexis, per-
manſit, & ad extremum vitæ diem, ejuſdem aliorũ-
que bonorum fructus, ſive reditus annuos percepit,
quos, abſque ullo liberorum ſuorum impedimen-
to, pro arbitrio, quo voluit, liberè convertit, nata
maxima filia Domina Siouca invito utroque paren-
te ſeſe anteà cuidam nobili viro, Hummero à Cam-
ſtera, in matrimonium elocavit, & alio, cum mari-
to ab hac arce demigravit, & Domicilium conſtitu-
ere conſultius putavit Mater autem vidua ſumma
authoritate rexit, & gubernavit, prout veram & ab-
ſolutam uſu fructuariã deceret & oporteret & de ju

Mors omniũ horribilium, horribiliſsimum auth Ariſt. a. juxt. Sapien. c. 2.

Domin. Impetrans honoratur.

C.C.

Uſu fructuarin moritur.

re facere ſancitum ſit, ſua morte tandem, virtute ſui domini defuncti mariti, approbatæ voluntatis, tam legati caſtrum, in Sexbierum, cum ſuis dependentibus, in honoratum hunc Dominum Georgium, ſeniorem filium, reliqua indiviſa bona, in reliquas ſorores & liberos, æqualiter, participanda tranſtulit, quo tempore, nempè, maternæ mortis, ſenior hæc filia Siouca, poſtquam ex priori marito, Hummero à Camſtera, jamdudum demortuo, unicum Filium, nomine Tyallingium, ſuſcepiſſet, abſente ſuo, & in longinquis regionibus, partim amore ſtudiorum, peregrinante, poſtea ingruente bello Hiſpanico, regiis partibus militante Fratre Georgio, præſens ejus caſtrum, maſculorum maſculis, & eorundem ſucceſſoribus, in æternum, quam vis inſcriptum, & dedicatum, citra ullius inventarii confectionem, Notarii, Secretarii, aut alicujus publicæ perſonæ, aut reliquorum teſtium præſentiam, multo minus, Prætoris imploratum conſenſum, imò emiſſam aliquã, Citationem, aut denuntiationem, invaſit, quem arripiendi furorem, & audaciam, illa, quaſi ejuſdem legati, prætenſa ſalvatrix, inſpectrix, ſive mobilium cuſtos, & conſervatrix, & famulorum, famularumque fidelis, & neceſſaria Oeconoma, abſente ſuo fratre, haberi vellet, per modicum tempus quoddam obumbravit, poſtea, altero cuidam viro, Domino à Feitzma nupſit, qui, eodem modo poſtea illa, vitam cum morte commutavit, poſt ſeſe, hunc Dominũ Tiallingium, ex priori matrimonio prognatum, unicum filium, in hac vitioſâ poſſeſsione reliquit, qui malorum inſtinctu, & deteſtandis pernitioſiſsimis perſuaſionibus ſeductus, contra maternam tantum

Deteſtanda ſororis immixtio.

Violenta ſororis invaſio

Vitioſa poſſeſsio transfertur in filiũ alienam familiam referentem.

ſpontaneam curam, & longe poſt feſtum, confectã aliqualem bonorum mobilium confectionẽ, violentiori actu, & modo, eo uſque retinuit, donec providentia divina, cruentiſſimum religionis, & libertatis bellum, præſenti treuga, ad ſingulare quoddã tempus, ſuſpenſum, inde omnes, huic, vel contrariæ, parti militantes, ab anno 1567. contra omnẽ præſcriptionem reſtituti fuerint.

Hinc major natu honoratus filius, Dominus Georgius à Laucuma, hujuſque detentoris Tiallingii Camſtera honorandus Avunculus, quaſi ex poſtliminio reverſus paternum hoc nobile caſtrum, nunc ex peregrina, & à ſua remotiori familia, nato affini ablatum, primo amicabiliter deinde judicialiter, coram ſummo Friſiorum Iudicio, cum fructibus perceptis, & percipiendis, una cum expenſis, quatenus in libello judicialiter producto, concluſum, ſibi reſtitui popoſcit. *Ablata juſte repetũtur.*

Cui petitioni reſpondet Reus, hic Tiallingius à Camſtera, matrem ſuam piæ memoriæ, Sioucam impetrantis, ſive avunculi ſui ſororem, majorem natu ſive omnium liberorum ætate maximam fuiſſe, & virtute, Eponis à Laucuma teſtamenti: ſeniorem prolem Scheltonis, hoc litigioſo caſtro honoratam eſſe, nunc ab Avo ſuo materno, per indignam, imperfectam, ſive nullam carthabellam, de jure res puendam, in præjudicium teſtatoris Eponis, factam, eodem nudari non poſſe, ſe itaque nomine ſuæ defunctæ, matris, tanquam dicti Scheltonis, ſenioris partus filium, recedere non teneri, maximè teſtato- *Reſponſio ſive Rei deſenſ.*

rem Dominum Eponem, tam ad fœminas, quam masculos, nullo diſcrimine habito, hoc legatū tranſire voluiſſe, prout ex proceſſu, ejuſdemque actis, aliiſque exhibitis inſtrumentis, latius colligere & animadvertere licet.

Viſis itaque utruiuſq; partis allegationibus, & ad examē rationis vocatis omnibus, quæ in propoſito, controvertũtur, ſive cōſideranda videntur, ſalvo ſemper meliori judicio, reſpōdeo, ipſum Tiallingiũ à Cāſtera, nunc ejus liberos, præſens hoc ampliſsimũ legatũ, huic impetranti, tanquā ejuſdem vero, neceſſario, ac ſecundum defunctorum expreſſas voluntates, indubitato Domino, & proprietario, non ſolum, prout in actis concluſum, reſtituere teneri, verum etiam, propter maternum auſũ temerarium, nunc quotidie, & antea, per hanc præſentem frivolam detentionem, approbatum, aliis in exemplum, in juſtam arcis, eorundemque annexorum æſtimationem, juramento, in litem ipſos prægravante, aliiſque bonis hæreditariis, Laucumanis privandos, & extra ordinaria pœna, inſuper cum refuſione, totius litis expenſarum, puniendos eſſe.

Authoris opinio.

In hujus noſtræ opinionis confirmationem, hæc ſex axiomata, veniunt conſideranda.

1. Primùm, an hoc caſtrũ in Sexbierũ cum ſuis pertineutijs, extra gradum Laucumanum, ad alienas Familias, in præiu-

bierum

dicium defunctorum, à quovis ſucceſſore, per teſtamentum, transferri poſſit.

2. *Secundo, ſi alienationi* ſubjectum *exiſtimaretur, an per nudam partus ſenioris nominationem, poſt, & ante multos maſculos ſubſtitutos, in aliquo teſtamento, expreſſam, maior, ſive maxima natu ſoror, utpote fœmina, fratri ſecundo, à ſeſe, præferri debeat.*

3. *Tertio, ſi hoc ſubſiſteret, an conditione, ſive inſtitutione, ſuper maſculina ſobole facta, nondum deficiente, alicui fæmellæ, ſive filiæ, daretur locus.*

4. *Quarto num Scheltonis à Laucuma iunioris, horum Camſteranorum proavi materni, & domini Impetrantis Patris in ſcriptis redacta voluntas, inter liberos valere, vel utpote ſolennitatibꝰ carens, per diverſos actus, re & facto, approbata videatur, & ſic, in propoſito, tanquã valida iuſtũ*

Digitized by Google

effectũ ſortiri, vel ad minimũ, ſuper partu adiecto ſeniore, talem interpretationẽ, vel explicationem producere, quo maſculinitatis prælatio, & fœminarum excluſio, ſatis dilucide percipi queat.

5. Quinto anne occurrens voluntatibus defunctorum, omni emolumento, privandus exiſtat.

6. Sexto & ultimo, num aliorum bonis iacentibus, citra prætoris authoritatẽ; immiſcens, iudicio, ſive quorundam collatorum, aut deſignatorum excutorum decreto, in teſtamento Eponis à Laucuma, ſpecialiter prius implorando, attamen frivole contemto, aliqua pœna ſit afficiendus.

Quorum negativam, in prioribus tribus, in reliquis autem ſequentibus tribus quæſtionibus, affirmativam, jure tuebimur, &, in vocato, Dei Omnipotentis auxilio, utpote, omnis obſcuri lucerna, cũ ſufficienti refutatione eorum, quæ in contrarium objici potuerunt diſputando, verum ſenſum, deponemus.

Diſputando

Diſputando enim, & opponendo, veritas clarius oſtenditur. *l. fin. §. mixta de mun. & honor l. Divi de jur. patron. l. officius de legat. 3.*

Et oppoſita juxta ſe poſita, magis elucèſcunt authore Ariſtotele quem refert *Com. conſil. 5. in prin. lib 3. Cravett. conſ. 135. nu. 18.*

Ac ſicut Arometa magis redolēt, quo magis conteruntur, ita veritas, quanto magis premitur, & oppugnatur, tanto clarior, ex pulſis nebulis, in lucem progreditur. *d. Paul, de Caſt. conſil. 23. lib. 1.* *Arometa.*

Hinc diſputatio cribrum veritatis, & ſuaviſſimus amniæ cibus dicitur. *Naviſan. lib. 1. ſilva nuptial.*

Ad primi itaque Axiomatis Probationē, ut veniamus, & promiſſis ſatis faciamus, ſenioris Scheltonis à Laucuma teſtamēti verba excerpta, his præ oculis ſubjungēda eſſe placuit, in hunc modum ſonantia.

Item ſoo maecket hy ſijn vier Soonen eñ kinderen erven/ ſijn tijdt-lijcke goederen/ ende dat kindt daer Tietz met gaet al gelijck/ is dat ſake/ dat het een carſten ſiele krijget/ ende dat in deſer manieren/ als dat hy beſprooken heeft: Schelto ſijn oudtſte ſoon/ (nota) Laucuma Huys/ Poorte/ Stins/ en State/ met alle de Landen/ die ſijn (nota) Out-Vaer* in voortyden bruycket eñ beſeget heeft. Item is dat ſaecke dat Schelto voorſz een echte ſyde crijghet daer hy kinderen by tuychde/ ofte kinderen by tuygen mochte/ ende

N. B. filium ætate majorē Laucumana domo honorari.

** Attavi memoria.*

het ſtorve/ eer ſijn echte ſyde etc. So ſal de Swaer (nota) naemlijcken de Weduwe van het* Laucuma Huys/ nunc quæſtioſo caſtro ſcheyden/ ofte ofwijcken/ addendo, dat 'tſelve Casteel als dan ſal langie/ ofte vallen/ op Sicko/ demortui Scheltonis fratrem, qui, ſi eodem modo moreretur, & viduam poſt ſeſe relinqueret, & impuberes liberos, ſoo ſoude oock/ ſijn Weduwe van 't Huys ſcheyden/ ende ſoude opden derden Broeder Eponem à Laucuma, præſentem teſtatorem, vervallen ende devolveren.

Dura pœna afflictæ Viduæ addita.
Domus hic pro familia.
**Quid facies hoſti qui ſic excludis amantem.*

Ex hiſce claris, perſpicuis, & manifeſtis tribus, aut quatuor, ſuper maſculina Laucumana progenie, factis ſubſtitutionibus, ac duabus, vel tribus, viduis diſcedendi, in ſcriptis prohibitionibus, hæc potiſſimum colliguntur, quod hanc, caſtri adminiſtratoriam dignitatem, ſenior hic Dominus Schelto, ad ſeniorem animi, & judicii vigore præpotentiorem filium, aut eo mortuo, ad ſecundum Fratrem, deinde tertium, non ſolùm, verumetiam, his mortuis deinceps, in perpetuum, ad poſteros, duntaxat maſculini generis, devenire, & ſic gradatim in Laucumanæ familiæ conſervationem, ab hiſce perpetuo regi, & per totum excluſis fœminis, apud maſculos manere, neve ad extraneas perſonas transferri voluerit, quæ fuit uſitata ϛόϱγη & naturalis affectio, in ſui generis poſteros, Familię nomen retinentes, paſſim approbata (a.

Ardor Teſtatoris primi Scheltonis erga maſculos.

a) *Iux. l. pater filium 38. § 1. 2, §. 3. ff. de legat. 3. l. liberis 108. ff. de condit. & demonſ. l. omnia 32. in fin. l. peto 69. §. ult. l. cum pater 77. §. cum inter ff. de legat. 2. l. filius 114. §. cum pater ff. de legat. 1.*

Digitized by Google

Alias enim, hæ perpetuæ ſubſtitutiones, ſi fœmina admitti videretur, in validarentur, quod nullo modo fieri poteſt, poſtquam illæ, jure aperto, ubique comprobentur. (a

a) *Veluti in l. Lucius titius 88. §. inſtituto ff. de legat. 2.*

Idque præcipuè, ſuper talibus caſtris heroicis, inter magnates, & proceres, uſitatiſſimũ eſſe ſolet. (b

b) *Vt indicat gloſſ. in l, ex facto 17. §. ſi quis rogatus ff. ad trebellian. Alberi in rubri de vulgar. & pup. ſubſtit. Tiraquell. de nobilit c. 25. & c. 137. Num. 23. Corn. conſil. 90. ſcrupuloſe in fin. vol. 3.*

Cujus rei majores Laucumani, tanquam Præſtantiſſimi Nobiles, ante immemoriales annos fuiſſe ſtudioſiſſimi, ex diverſis teſtamentis colliguntur, ubique enim terrarum, utpote in Germania, Italia, Gallia, Anglia, imo præſenti noſtra communi Patria Friſia, recepta eſt hæc, præſertim inter nobiles perſuaſio, ut gentilia domus, licet feudalis, vel allodialis, exiſtat, apud maſculos permaneat, quo dignitas familiarum, cum opibus, & divitiis conſervetur*, ubi ait publice intereſſe familiarum dignitatẽ ſalvam eſſe. (d

Laucumanorum conſueti ardores erga familiam ſuam.

* *Iaſon. in conſil. 173. circa primũ. num. 5. vol. 4.*

d) *Propter l. 1. § . Sed etſi ff. de ventr. inſpic.*

Quare talis favor publicus, omnibus rebus anteferendus erit. *Bart. per text. in l. à filia §. mulier & §. cum proponeretur in fin. ff. ad Trebell. Bald. & Salicet. in l. fin. de reb. alien. non alienand.*

Porrò, per haſce binas conformes, ac demortuorum filiorum viduis, inſcriptas prohibitiones, & di-

Digitized by Google

verſas factas ſubſtitutiones, certum eſt, præſentem dictum hunc teſtatorem, filios ſuos, hoc modo inſtitutos, aſtrictos voluiſſe, ut nullam omnio partem, de hoc caſtro alienare poſſent, neque inter vivos, neque per teſtamentum. (e

e) *Vid. l. ult. §. ultim ff. de legat. 2. l. Sticho 36, ff. de uſufr. legat.*

Quorſum alias teſtatoris anxia cura familiæ? per maſculos tantum perpetuandę? quorſum alias hę arduæ dictæ prohibitiones? ad quid alias, diverſæ, & perſpectæ ſubſtitutiones? ubique ſuper maſculis, uti probatum, admiſſæ. (f.

f) *Ex argum. novell. 1, §. 1.*

Adeò ne hoc caſu, fideicommiſſario honorato, liceat quicquã, aut trebellianicæ, aut alterius, quartæ, nomine, detrahere. (g

g) *Iohan. molaris nu 12. Bart. & Dd. in l, marcellus ff. ad trebell. gloſs. in auth. de hæred, & falcid. §. ſi vero Bart. Socin. in regul. 432 Alexand. conſ. 201. nu. 1. vol. 6. Cravet, conſ. 191. in caſu. nu. 2. Dec. conſ. 257. & 408. nu. 13. Phil. corn. in conſ. 305. col. q. vol. 4. Molin. in conſ. 7. nu. 57. & 58. Paul. d. Caſtr. in l. jubemus. C. ad Trebell.*

Et quamvis in cauſam dotis, & donationis propter nuptias, (quæ maximè favorabiles ſunt, alienatio admiſſa videatur, modo liberi, uti in propoſito factum eſt, hæredes ſint inſtituti. (a

a) *Iuxt. l. quæro ff. de jur. dot. & novell. 39. auth. res C. com. de legat. Guid. Pap. deciſc. 611. utrum alienatio nu. 2.*

Tamen, ubi expreſſæ iſtiuſmodi maſculorum ſubſtitutiones, & mulierũ excluſiones reperiantur, quãvis dotis cauſa ſit, uti mox dictum favorabiliſ-

ſima

ſima, propter ſummam teſtamentorũ authoritatem conſervandam, illa ſcilicet, alienatio, de jure prohibita, non admittitur. (b

Dos quamvis favorabilis, alienationem non admittit.

b] *Iuxt. Alexand. conſ. 56. conſideratis verbis jaſ. in conſ. 157. nu. 2. volum. 2.*

Et in hanc opinionem ipſiſsimam, extat præclara ſententia Bartoli.

c) *In conſ. 72. item expr. text. in l. ſi duobus §. ſed quia noſtra majeſtas C. com. de legat. & fidei.*

Profecto, jure conſulti, in familiarum cura, & ſuper hæreditariorum bonorum conſervatione, cum adeo ſolliciti reperiantur, ut ipſæ nuptiæ, per Chriſtum, humani generis redemtorem, conſecratæ, & *in Cana Galilea* benedictæ. (d

d) *In auth. de nupt. in prin. collat. 4. & ibi gloſſ. & vid. l. 1. de origin. Iur. Geneſ. c. 2. ſub. fin. Schurf. cent. 1. conſ. 57. nu. 6. Math. c. 19. & Deutr. ca. 24.*

Ex quibus omnes homines legitimè naſcuntur, nullum privilegium, hoc caſu habere dignoſcuntur, neceſſario igitur ſequi oportet, aut Dominum Eponem à Laucuma, aut alium, ex hac Laucumana familia naſciturum, in deſtructionem harum ſuperius allegatarum legum, hocCaſtrum in Sexbierum, aut ejuſdem minimam particulam, hujus vel illius reſpectu, minimè admiſſo, pro ut in primo themate diſpoſitum, ſi vellet, vel voluiſſet (uti minimè) alienare poſſe, maxime vel ob hoc, per binas tantum ſuper maſculis proximioribus factas ſubſtitutiones, reliqui maſculi, de ejuſdem familia legitimè nati, in perpetuum (nota) vocati intelliguntur. *Socin. conſ.*

N.B. binas ſubſtitutiones, ſuper maſculis factas omnes fœminas excludere.

43. viſis teſtamentis *col.5.verſ.* aliquando 5. & ultimo nu.3. idque cum totali excluſione mulierum: quid igitur de fæmina Domina Siouca, ipſiuſque relictis liberis, aut liberorum liberis, Camſteranam familiam ſequentibus, nullam nominie matris defunctæ, ad Laucumanorum horum prælegatorum bonorum ſuccedendi, imò ne minimam actionem habentibus, dicendum erit? Quibus primum thema abundè probatum, & latius, inferius per ſecundi teſtatoris Eponis teſtamentum probatum iri exiſtimamus, nunc ad ſecundi ibimus declarationem.

Secundi Axiomatis probatio.

CVi prima fronte, opponitur, partum ſeniorem, tam fæminæ, quam maſculo applicari poſſe, & ſic Dominum Georgium à Laucuma Impetrantem, quamvis filium, contra ſuam defunctam Sororem, Dominam Sioucham, nunc ejus filij filios ſive nepotes, hoſce Camſteranos, Reos, nihil optinere poſſe.

Communia enim verba, tam maſculum quam fœminam complectentia, per adjectionem comperativi, majores natu, quaſi clara, & aperta, in propoſito dignoſcuntur, deinde negari non poteſt, immo ubique ex actis, judicialiter productis apparet, Dominum Impetrante, Dominam Sioucam ejus ſororem, Scheltonis à Laucuma ſeniorem partum in vivis exiſtentem fuiſſe ergo illam, à Domino Epone, hoc ligioſo gentilitio caſtro, non obſtantibus ullis contradictionibus, honoratam eſſe oportere, quod hujuſmodi claris, & aertis verbis, quorum virtute

major

Digitized by Google

major natu ſoror, nunc ejus ſucceſſores nituntur, ulterius non eſſe dubitandum, nec ullus locus, dandus conjecturis. (a

[a *Iuxt. l. continuus §. cum ita de verb. obligat. l. ille aut ille. §. cum in verbis de legat. 3. Paul de Caſtr. in l. haredes palam §. ſi quid poſt de teſtã Dec. in l. in ãbiguis nu. 4. de reg. Iur. Cravet. conſ. 4. nu. 21*

Et cum verba, ſunt uti in propoſito clara, cavillationes ad vocatorum, locum habere non debent. (b

(b *Vt dicit Bald conſil. 147. in fin. lib. 2. Cravett. conſ. 4. nu. 21. & conſ. 11 nu. 6. & conſ. 47. nu. 2.*

Sed nos melioribus rationibus in hærentes reſpõdemus, illud verum eſſe, eo caſu, quo teſtator, non aliter, ſive aliis verbis, voluntatẽ ſuã manifeſtaverit, ſimpliciterque, abſque aliis admoniculis, interjectionibus, ſive, prædictis claris verbis, ulterioribus ſequentibus, prioribus non derogaverit, hoc ſi fecerit leges mox allegatæ obtinebunt, cæterum, uti in propoſito, factum eſſe conſtat, teſtator, inter præcedentia, & ſequentia, verba communia, interjecerit, certe communi vocabulo, quamvis fæminam complectente planè caſſato, & quaſi pro nihilo habendo, rejecto, id inſpiciendum erit, quid teſtator ſenſerit. [a *Refutationes ſive ſolutiones.* *Mens. teſtatoris, & non verba inſpicienda.*

a) *Iuxt. l. non aliter de lega. 3. vid. l. ſi ſervus pluriũ §. fin. de legat. 1.*

Quibus argumentis, & rationibus veritatem indagare, ſive veram defuncti voluntatem, utpote teſtamenti reginam, in veſtigare, detur ab accurtio petendum eſt, qui primo ſpectandam ait conſuetudinem teſtatoris, ſecundo regionis, 3 ex præcedentibus actum, & ſubſequentibus mentem inſpiciendam affirmat 4. dignitatem, 5. charitatem, ſexto neceſsitudinem *Acurtii ingenioſa opinio ſuper voluntatibus defunctorũ inveſtigandis.*

Digitized by Google

ceſsitudinem, 7, vicinitatem ſcripturæ, ſpectari debere ſcribit.

Hæc ſi in propoſito conſiderentur, profecto, ne unicum horum requiſitũ invenietur, cujus reſpectu, fęmina hæc defuncta Domina Siouca, ſenior quãvis partus, fratri ſuo præferri poſsit, ac debeat, quoniam conſuetudo teſtatoris apparet, ex teſtamẽto ſenioris Scheltonis aliter obſervata, & quotidie in patria tanquam ſacro ſancta apud omnes nobiles frequentiſſima, ipſis fæmellis contraria, ne ad gentilitiam domum, obtrudantur. Secundo mens Domini Eponis eſt, à ſuo defuncto Genitore, quatenus probavimus, per priores allegatas viduis diſcedendi inſcriptas in inhibitiones utpote notoria, & aperta verbis ipſis præferenda conſtricta, ut maſculos honorare cogatur, & quoque eoſdem per præcedentia, & ſequentia verba honoraſſe, nemo negare poteſt.

Conſuetudines ſtatuta, & ſtylus, judiciorum in teſtamentis (nota) inprimis obſervãdus.

Quarto ab Accurtio allegata dignitas, non per fœminas ſed maſculos, in familiarum promotionẽ, exercetur.

N.B. propriã Reorum confeſsionem in actis expreſſam teſtari, dignitatem nõ fœminis, ſed maſculis ineſſe. ergo.

Quinto dicta charitas teſtatoris fingi nequit, erga defunctam filiam ſubeſſe, vel ſubfuiſſe, dum illa Domino teſtatori, nunquam cognita, imo vigente, vel dominante ipſo, in rerum natura non extiterit, & ſic quod ſexto dicatur, de neceſſitudine, ipſa, alicujus beneficii, præſtiti amoris, aut benevolentiæ, honorari nõ potuit, multo minus vicinitas ſcripturæ fæminam ullam, in minimo puncto, niſi extinctis omnibus maſculis, tantum, Luciam, & Catharinam

rinam, ſorores à Laucuma, earundemque corporis hæredes, hoc ſplendido legato honoratum iri comprehendit, ergo non obſtante, unius duorum, vel plurium communium fæminam, nempè & maſculum pariter deſignantiũ verborum, propria ſignificatione, licet recedere & illud, quod magis veritati, & prioribus deductis requiſitis proximius, & intentioni magis conſonum ſit amplecti. *Iunt Bart. ad l. certi condictio §. ſi nummos nu. 7. ff. ſi cert. petat l. ſolemnis & l. ſiquis intentione ambigua ff. de iudic.*

Illud ipſum, obſervatur, etiam in contractibus, ut verba clara, aliquando, contra propriam ſignificationem accipiantur, [b] imo leges ipſæ, ut intelligantur, non verba, ſed mens, & ſententia earum ſpectanda eſt. (c

b) *Iuxt. l. ex conducto §. Papin. & ibid. gloſſ. ff. locat.*
c) *Iuxt, ſcire leges de legibus l, nominis § 1. de verb. ſignif.*

Quorum omnium conſideratione, quatenus in ſecundo themate me probaturum ſpoponderim, in propoſito, Dominã Sioucã, licet ſeniorem partum, ſuo fratri digniori, nullo modo præferri poſſe, nemo affirmabit, & aliquo juris remedio, conſtanter docebit: Ego itaque quod meum eſt, ordine diſcutiam, & à miſeria, deſpectu, & depreſſione mulierum, intentionem meam, ipſis legibus, potentiſſimis rationibus, & argumentis ſtabilitam, ſijncerè, in promotionem juſticiæ, inperterritus nullius invidia, odio, aut ſimulatè inflatus, ſed Chriſtiane requiſitus, ad inſtruendos dominos judices, prout ſequitur, deponam, omnino ſperans, hoc meum juris reſponſum, non attenta ulla cauſæ, facta concluſio- *Iuris perſecutio, injuriam non importat.*

ne, de jure ſemper admittendum, ita,[a] à quolibet explicatum iri, ne præter meam intentionem, in alicuius, inſuper injuriam, illud ipſum, confectum eſſe exiſtimetur, ad propoſitum.

a Bal. in auth, jubemus num, 9, C, de judic, & in l, quamvis indubitati. num, 3, C, ad. l. jul, de adult, Felin, in c, cum dil. l. ctus nu, 25 Rom, conſil. 176, in cip. iſta sũt. las in l, admonendi nu, 67 ff, de queſtion,

Deus Optimus Maximus, poſtquam Mundum, atque omnia, in eo contenta, mirabiliter ordinaſſet, primum parentem Adamum, ad ſui imaginem, ſuper omnibus animantibus, Dominum, & rectorem, videnſque in conſultum, eundem ſolum eſſe, adjutricem ex coſta deſumta, Evam nomine, creavit, eandemque minoribus ingenii potentiis, & ingenii viribus, non ſolum formavit, verum etiam propter ejus leviſsimum tranſgreſſum, ſuo marito ſervam,[a] ſubditam, & in perpetuum, ad omnis obedientiæ præſtationem, obnoxiam per miſerias, mortis, pericula, ſive partus dolores, humanum genus, ex Adamo, ejuſque ſucceſſoribus legitimè ſeminandum, propagare condemnavit. [b] Cui divinæ ordinationi, legum latores inhærentes, una nimiter concludunt, mulierem nubentem, in alienam familiam tranſire, maritique radiis illuſtrari, & nobilitatem ejus, in uxorem, utpote tantum fructiferam materiam, maſculino ſemine ſatam, tranſire. [c

a) *Vid. epiſt Paul, ad Epheſ. cap, 5. 22, 23, 24, & 29. item Epheſ, 4, 1, Teſs, 4, & 17.*

b) *Geneſ, cap, 2.*

c) *Iuxt, l. 1. & ibi gloſſ, C, de dignit, lib, 12, l, cum legitimæ ff, de ſtat, homin, & l, mulieris dic. tit, de dignit.*

Quod illa nubens clariſsimo, ejus [d] conditionem ſequatur, adeò, ut etiam popularis nupta, in domo nobili, nobilis efficiatur, & vidua facta, eandem nobilitatem retineat (e.

d) *Bart. in l. 1. nu. 34. & 45. C. eodem*

e) *Bart. in l, fin, nu, 2, C, de verb, ſignif.*

Inſuper

Inſuper receptum eſt, mulierem viro deſponſatã, per verba de præſenti, propter præſtantiam virilem condicionem ejus ſequi, & non traductam, domicilium ſuum mutare, & viri domicilium ſequi (f

Unde fœminis dignitas oriatur ergo:

f) *Bart. in l. imperatores §. item reſcripſerunt. nu. 1. ff. ad Municip, & ad l, exigere nu. 2. ff. de judic,*

Adeò, ut etiam vidua facta, domicilium ejus retineat. (g

g) *Bar. in l, filij §. vidua, nu, 1, ff, ad municip,*

Et mortui mariti privilegiis, donec in nupta perſiſtat fungatur, *Bart. in l. fin. nu. 1. C. de privil. lib. 12.*

Hæc cum ita ſeſe obtineant, ut fœmina per maſculinum ſemen nobilitetur, domicilium ejus ſequatur, ſuum mutet, & marito mortuo, innupta perſiſtat, in priori matrimonio ſtare dicatur, & privilegiis mortui conjugis, poſsit fungi, imo naturalis, extantibus legitimis, ſimul, quamvis paternæ ſubſtantiæ ſit incapax, verum nubens legitimo, & nobili viro, naturalitatẽ deponit, & legitima, & g nobilis fit: Certè nullus, tantæ perfrictæ frontis erit, qui mulierem, dignitati maſculinæ, tam à Deo, quam ejus clementiæ, divinis terræ miniſtris, ſcilicet Imperatorib⁹ decoratæ, hoc caſu, ubi de perpetuitate, gloria, & Laucumanæ familiæ præſtantia, ſive domus gentilitiæ honore agitur, quo ad præſens Legatum præferre, & ſub cõmunis vocabuli Bern/ der oldſt falſa explicatione, hic, ſecundum teſtamenti præcedentia, & ſequentia verba, ipſam maſculinitatem requirentis, admittendam eſſe ſuſtinebit?

g) *Vid, Bald, in l, ſiquis 3, C, de natur. lib. l, mulieres, C de dignit, Angel. in §, neq;, vero in fin, in auth. quib, mod, nat. efficiunt ſui & legit, & l. ſi liberã C. de nupt.*

Siquidē mulier, ſecundū priora, nihil per ſe habet, ſed tanquam virilis ſeminis fomentum, ſive divinū receptaculum exiſtens, omnis privilegii maſculorū maſculis per diverſas ſubſtitutiones deſtinati, hoc caſu expers, avitorum alienatrix, habeatur, dum caput & finis propriæ familiæ dicatur, ratio prædictorum, ſecundū omniū ſententias, hęc eſt, quod omne agens, intentans geminare, ſe ipſum indigeat proportione geminante, alioqui, reluctans, ſubjectam imperfectam redderet, actionem. Itaque ſemen viri mulieris, ad hoc, ut generatio locum habeat, ſuperat, & actio eſt, mulieris paſsio, & tali modo, per cōmixtionem, mulier nubens, ejus mariti ſemine impletur, naturali natione, id operante, ut quod plus ſit in viro, & præſtantius, tanquam in agēte, in muliere, tanquam patiens & indignius transfundatur, & naturæ beneficio, infirmius firmioris præſtantia, juvetur. Abſurdiſsimum itaque foret, imo ab omni ratione abhorreret, hanc Sioucam à Laucuma, ſuam ſtirpem, neque in centeſimo gradu attingenti Hummero Camſtera in vitis parentibus nuptam, in apertam defunctorum voluntatum, ruinam, deſtructionem, & totalem interitum, per hæc verba, **der alder is**/ ad hoc grande prælegatum, excluſo maſculo, hoc Domino Georgio Impetrante, inſignia majorum referente, & viro ſummis virtutibus ſplēdeſcente, admittere, quo caſu, tam arx Laucumana in Sexbierum, cum ſuis aureis cornubus, vaſis, aliiſque calicibus, æternitati reſervandis, cum aliis monumentis Laucumanorum, contra omnia jura, ipſi odioſiſsimæ, & per Dominum teſtatorem Eponem ſerio prohibitæ alienationi, doloſè & injuſtiſsime

Mulier eſt caput & finis familiæ.

Luctuoſa alienatio.

ſubjecta

ſubjecta redderentur, & tandem hiſce defunctis, ubique in teſtamentis præſentibus ſpecialiſsimam maſculorum prælationem, & curam habentibus, grandis vis, & manifeſta injuria, ab horum verborũ genuinum ſenſum ſubvertentibus, inferreretur, Ne autem, hoc fiat, aut fieri poſſit, horum perverſis calliditatibus, jure conſulti prævenientes, ſanxerunt, ubi tali caſu, de maſculinitatis prærogativa, teſtatores ſolliciti extiterint, quatenus omnes, in propoſito inveniuntur, quod tunc verba communia, **der oldtſt is**/ non fœminam, ſed maſculũ denotare, debeant. (a

N.S. ſi Dominus impetrans nihil, niſi hæc, pro ſeſe haberet, atq; triumphum obtineret.

a) Vid, Zaſ. in conſil, 2, nu. 13, in fin. & 14, Abb, conſil, 65. num, 3. verſ. in caſu. lib, 2, Guid, Pap. queſt. 506, incip. in contractu matrimonij cum multis alijs inferius deducendis.

Adeò, ut ſi vixiſſet, uti minimè & teſtatori cognita imo acceptiſſima fuiſſet, non obſtante ulla conſuetudine, per communia verba, **Bern/ der oldtſt is**/ ad gentilitium hoc caſtrum, nullo modo, quamvis Senior partus, hæc Siouca tanquam fæmina, ſed filius, ſive maſculus ipſi præferendus veniret. (b

Quod ſenectus, tali caſu, reſpectu præſtantiorũ qualitatum conſideranda veniat.

b) Bald. in l. in multis ff, de ſtat. homin, & l. 1. ff, de Senat. Rõ, conſil, 98. Socin, conſ. 90. lib, 2,

Nunc, longè poſt teſtatorem mortuum, ejus liberi, in lucem, ex aliena, & ab hac, remotiſſima peregrina familia, enixi, nunquam viſi, aut cogniti, quanto magis, excluſa manebit filia Domina Siouca? Et communia hæc verba, **Bern/der oldtſt is**/ ſuam interprætationem, non ex perverſis litigantibus, ſed jure civili, aliiſque convenientibus rationibus, accipere debent; hoc ut ordine paucis aperi-

Digitized by Google

Verba duplicem ſignificationē habentia ex jure civili determinãda.

am ſciendum eſt, majorem annis cum nihil addatur ſignificare extra minorem, hoc eſt legitimæ ætatis, non fæminam, ſed maſculum, qui annum 25. ſit egreſſus a)

a] *Iuxt. tot tit. ex quib. cauſ. maj. in integr. reſt.*

Diſtinctio ætatis attendenda.

Majores alias cenſentur, qui annum ſeptuageſimum evaſerunt, *ut in l. majores ff. de jur. immunit* & ſic ab omnibus oneribus excuſati.

Vid. Ciceron. hanc ætatē prævalere affirmantē in princ. cato maior fol. 2. & 3. ubi dicit Aptiſſima eſſe arma ſenectutis, artes, ſcientias, exercitationeſq; virtutum, quæ, cultæ mirificos afferũt fructûs non ſolum, quia nunquã deſerunt ne extremo quidem tempore verum etiã quia conſciētia bene actæ vitæ multorum meritorum jucũdiſſima eſt, vid ead. loc. latius Ciceron.

Majores alias generaliter appellantur, omnes, qui ante nos fuerunt, & contra poſteriores, vel poſteri, qui ſequuntur, *ut dict. tit. de jur. innu.* ſemper in civitate noſtra: (ait Calliſtratus) ſenectus venerabilis fuit: qui majores, alias accipiuntur, pro patribus, in infinitum, à quibus progeniti ſumus, & minores, qui ab illis deſcendunt, ſicut in materia cognationis.

Item major annis, ex utroque parente natus, is dicitur, qui omnes fratres, & ſorores, ætate ſuperat, aut primo genitus definitur.

Vnde, ætas, ſive majorannitas, aut annorum, aut morum eſt, quæ ut apertius loquar, conſiſtit in annorũ pluralitate, aut morum cognitione, id eſt arte ſcientia, animoſitate, fortitudine & virtutum præſtanſtia, ætate annoſiori, ſive arte dicta, illuſtriori ſive virtute, quam Græci, uniuſcuiuſque ſcientiã vocant.

In qua arte, ſive ætate arteficiali, alter alterum ſi quis ſuperet, is majori natu annis plombeori ſive primogenito, ex merito ſuo digniſsimo, ad gentilium

um quoddam nobile caſtrum, in honorem familiæ, ab omni interitu vindicandum, & laudabiliter regẽdum, præferri debet, cum per talem, quamvis ætate annoſa juniorem, avitæ, & proavitæ divitiæ, certius cuſtodiantur, per minus idoneum, ſive incapacem, aut ſtultum, aut inopem mentis, aut furioſum, perduntur, conſumuntur, dilapidantur, aut immodicis donationibus, ſuper diverſorum, alienis bonis, inhiantium, lenociniis, aut ad ſeſe non pertinẽtium bonorum ardentium technis, dolis, & fraudibus, erogantur, quo facto, familiæ majeſtas gloria, & ſempiterna alias duratura memoria, vileſcit, decreſcit, & tandem funditus extinguitur, per prædictum arte, notitia, modeſtia, ſcientia & rerum recta experientia perpetuatur, ſtabilitur, & glorificatur (a

Incauti adoleſcentes multorum fraudibus obnoxij.

a) *Secund. Iohan. Andr. in addit. ſpecul. de ſucceſſ. ab inteſtat. Cyn. & alij in l. 1. C. de adult.*

Priores enim ætatis differentiæ, & diſcrepantiæ, ipſis fæmellis, nullo modo, ſed ubique maſculis cõveniunt, quod plerumque, tali caſu, in quodam teſtamento, ſenior annis honoratus præſumatur junioribus, dictis ſcientiis, & artibus prævalere, & ſic commodius, melius regnare, & propugnare ſperatur, hæc eſt unica ratio, quare ſenior annis, juniori præfertur, cujus rationis requiſita, ſi annis major, non habeat, iiſque ſecundus, ab illo præfulgeat *junior, ſenior, & ſenior* junior: dicendus erit, quod deficiente virtutum, aliarum requirendarum, vera inpulſiua cauſa, & defectus, ſcilicet ſenioris annis omnibus ſcientiis nudi, ſine jejuni promotio defice-

Decrepitæ ætatis mulieres contẽnuntur, ſenectus in maſculis honoratur.

Deficiente cauſa nullus effectus.

D re

Digitized by Google

Verba duplicem ſignificationẽ habentia ex jure civili determinãda.

am ſciendum eſt, majorem annis cum nihil addatur ſignificare extra minorem, hoc eſt legitimæ ætatis, non fœminam, ſed maſculum, qui annum 25. ſit egreſſus a)

a] *Iuxt. tot tit. ex quib. cauſ. maj. in intege. reſt.*

Diſtinctio ætatis attendenda.

Majores alias cenſentur, qui annum ſeptuageſimum evaſerunt, *ut in l. majores ff. de jur. immunit* & ſic ab omnibus oneribus excuſati.

Majores alias generaliter appellantur, omnes, qui ante nos fuerunt, & contra poſteriores, vel poſteri, qui ſequuntur, *ut dict. tit. de jur. innu.* ſemper in civitate noſtra: (ait Calliſtratus) ſenectus venerabilis fuit: qui majores, alias accipiuntur, pro patribus, in infinitum, à quibus progeniti ſumus, & minores, qui ab illis deſcendunt, ſicut in materia cognationis.

Vid. Ciceron. hanc ætatẽ prævalere affirmantẽ in princ. cato maior fol. 2. & 3. ubi dicit: Aptiſſima eſſe arma ſenectutis, artes, ſcientias, exercitationeſq; virtutum, quæ, cultæ mirificos afferũt fructus non ſolum, quia nunquã deſerunt ne extremo quidem tempore verum etiã quia conſciẽtia bene actæ vitæ multorum meritorum jucũdiſſima eſt, vid. ead. loc. latius Ciceron.

Item major annis, ex utroque parente natus, is dicitur, qui omnes fratres, & ſorores, ætate ſuperat, aut primo genitus definitur.

Vnde, ætas, ſive majorannitas, aut annorum, aut morum eſt, quæ ut apertius loquar, conſiſtit in annorũ pluralitate, aut morum cognitione, id eſt arte ſcientia, animoſitate, fortitudine & virtutum præſtanſtia, ætate annoſiori, ſive arte dicta, illuſtriori ſive virtute, quam Græci, uniuſcuiuſque ſcientiã vocant.

In qua arte, ſive ætate arteficiali, alter alterum ſi quis ſuperet, is majori natu annis plombeori ſive primogenito, ex merito ſuo digniſsimo, ad gentilium

um quoddam nobile caſtrum, in honorem familiæ, ab omni interitu vindicandum,& laudabiliter regẽdum, præferri debet, cum per talem, quamvis ætate annoſa juniorem, avitæ, & proavitæ divitiæ, certius cuſtodiantur, per minus idoneum, ſive incapacem, aut ſtultum, aut inopem mentis, aut furioſum, perduntur, conſumuntur, dilapidantur, aut immodicis donationibus, ſuper diverſorum, alienis bonis, inhiantium, lenociniis, aut ad ſeſe non pertinẽtium bonorum ardentium technis, dolis, & fraudibus, erogantur, quo facto, familiæ majeſtas gloria, & ſempiterna alias duratura memoria, vileſcit, decreſcit, & tandem funditus extinguitur, per prædictum arte, notitia, modeſtia, ſcientia & rerum recta experientia perpetuatur, ſtabilitur, & glorificatur (a

Incauti adoleſcentes multorum fraudibus obnoxij.

a) *Secund. Iohan. Andr. in addit. ſpecul. de ſucceſſ. ab inteſtat. Cyn. & alij in l.1. C. de adult.*

Priores enim ætatis differentiæ, & diſcrepantiæ, ipſis fæmellis, nullo modo, ſed ubique maſculis cõveniunt, quod plerumque, tali caſu, in quodam teſtamento, ſenior annis honoratus præſumatur junioribus, dictis ſcientiis, & artibus prævalere, & ſic commodius, melius regnare, & propugnare ſperatur, hæc eſt unica ratio, quare ſenior annis, juniori præfertur, cujus rationis requiſita, ſi annis major, non habeat, iiſque ſecundus, ab illo præfulgeat *junior, ſenior & ſenior* junior: dicendus erit, quod deficiente virtutum, aliarum requirendarum, vera in pulſina cauſa, & defectus, ſcilicet ſenioris annis omnibus ſcientiis nudi, ſine jejuni promotio defice-

Decrepitæ ætatis mulieres contẽnuntur, ſenectus in maſculis honoratur.

Deficiente cauſa nullus effectus.

re, & ſic arte illuſtriori, in rei publicæ favorem, eadem dari debet.

Illud ipſum, in vicina noſtra terra Embdana, contra imperii ordinationem, obſervatum fuit, dum Edtzardus & Iohannes, piæ memoriæ, Comites & fratres, ſuper comitatus dimidio, *diſceptarēt, ſenior frater Edtzardus, quamvis primo genitus, & ſic eodem toto inveſtiendus, æque fuit repulſus, quod tempore neceſsitatis, utpote podagra, alioque morbo continuo laborare, & ſic Romano imperio armis præeſſe impotens, multo minus comitatui, ſua elequētia, prefulgere, & omnibus modis titubare aliiſq; incommodis, ſecundum acta & actitata, apud me partim, in probanti forma exiſtentia, infectus, Comes Iohannes autem, ingenii viribus, corporis gracilitate, definita animi moderatione, copia dicendi, & commoditate orationis, & ſic Romano imperio, honori, & magno commodo extituturus diceretur, hic ætate annorum junior, æque dimidio comitatus honoratus, & à Romanorum Imperatore Rudolpho ſecundo hoc noſtro ſeculo, in veſtitus invenitur, quod exemplum Cæſareum prudentiſsimum, & ejus Cesareæ Majeſ honorandorum conſiliariorum, ſuffragiis fulcitum, nunc inſtar legis, aut authenticę, ubique terrarum, & gentium, quibus leges Romanæ dominātur, obſervandum, licet in feudalibus loquatur, & à præſenti noſtra materia, differat, & diſſonet.

** Anno 1575. Rudolphi Romanorum Imperatoris prudentiſsimū decretū.*

Comes Iohannes quāvis Iunior, propter ætatis arma ſeniori præfertur.

Tamen, tanto acrius, Provincialis Curiæ Aſſeſſores ſive Senatores movere debet, ut potius hoc caſu teſta-

ſu teſtamentario, digniorem, doctiorem, & præpotentiorem, juniorem annis, quam ætate majorem, rudem,ignorantem, jejunum, impotentem, inſufficientem,& magis inidoneum, ad præſens ampliſſimum caſtrum Laucumanum,ſua cenſura,promovendum ſuſcipiant, dum uti, dictum, ſecundum ſuperiora, ſuper bonis allodialibus,proſpere regẽdis,[a] eadem ſolertia, dignitas, & authoritas, requiratur, quibus vaſalli abundare debent.

Rudis, ignorans, jejunũ impotens, inſufficitas ſenior, debet juniori arte præſtãtiori poſtponi.

Omnes enim generoſi ſive nobiles teſtatores,poſt ſeſe corporis hæredes, non relicturi, imò hæreditarii,ſive ignobiles ruſtici, quibus familiæ ſuæ æternitas cordi exiſtit, magis bonorum conſervatores, quam abliguritores,magis peritiores,& ad propugnandum, & defendendum animoſiores, quam tardos, hirſutos, & plumbeos, magis acuminibus illuſtratos, quam hebetiores, magis expertiores, quam inexpertiores vafros, Pamphagos, & tandem ſuæ dictę familiæ,unde bona,ante aliquot centenos annos,præfluxerint, propagatores, quam eiuſdem alienatrices, ſive mutatrices, (quæ ſunt ipſæ fæminæ) creduntur, per aliquale tantum unicum vocabulum **Bern**/ ambire voluiſſe, maximè, præcedentia & idem vocabulum ſæquentia verba, clarius luce maſculum requirant,ſitiant,ac ſapiant,imò prout in facti ſpecie deductum eſt, donec poſteritatis Laucumanæ rami, ſive liberi maſculi ſuperſint, omnes fæminas,excludunt.

a) Socin. Iun. Conſil. 68.n.20.volum, Godefr. in l.item videndũ ff. de petit. hæred. c. ſignificav. Bald. num. 3. extr. de. reſcript. & c. grandi. ibi. Canoniſtæ extra de ſuppl end. neglig. prælat. n. 6. Carol. Ruini conſ. 9 9. nu. 15. vol. 1. Hẽning. Goden. cõs. 6, in prin. Ioãn. de vicemala cõſil. 1. n. 5. & 58. Iul Clar. & feudã quæſt. 73. nu. 2. modeſt. Piſtor. conſil. 50. n. 22. vol 2. Franciſ. Burſat. conſil, 63. nu. 11. lib. 1.

Et ideo,præſenti ſuo fratri digniori,præſtantiori, ad regendum, & propugnandum, à Deo Op: Maximo

imo ordinato, ac familiæ ſtipiti, & ſic vero antiſtiti & familiæ, nomen, honorem, & dicta inſignia repreſentanti, ad omnia accommodatiſsimo, niſi violentis aut aliis mediis turbetur, hæc Domina Sioucca tanquã muliebris perſona, omni officio virili remota. (a

a) *Iuxt.l. fœminæ de reg. iur.*

Excluſa, imo ſuæ familiæ interitum nupta, importans, alterius fructus procreans b)

b) *Iuxt.l. pronunciatio 195. in fin. ff. de verb. ſignif.*

Nullo modo, ad hanc arcem, omnium in Phriſia quodammodo munitiſsimam, & per omnes teſtatores tacitè & expreſſè * dedicatam, in omnium ſacrarum legum, & humanarum idearum innatarum formularum, depreſsionem, præferri debet ac poteſt.

** Scilicet maſculinit.*

Imo mulier, ne quidem in conſiderationem tanquã ex aliquo teſtamẽto emanantis privilegii incapax, ad excludendum maſculum, prius, bis vel ter, in teſtamento nominatum, venire debet, quatenus doctiſsime, & optime, exparte dicti domini Impetrantis, eſt in proceſſu probatum: (c

c) *Vid. replicarum articul. 332. & ſalvationum articulos 971, Bart. Caſtrenſ. & jur. ibidem allegata.*

Mulieris inhabilitas.

Quod perſonam ſtandi in judicio non habeat, imo reciproco contractui, cum marito ſub ſcribens omnibus privilegiis renuncians, æque non obligetur, niſi probetur, pecuniam, in ejus rem eſſe converſam, pro qua ſeſe obligaverat. *vid. text. in l. ſi qua mulier C. ad velleia.* Tam inconſtantes, variæ, & imbecilles, ſunt in cautæ mulieres, ut nupta, propria hæreditari

Digitized by Google

ditaria bona adminiſtrare nequeunt, imò in ordinatione Patriæ condẽnatæ inveniuntur, eadem à maritis ſuis regi, adminiſtrari, imo horum reditus percipere, diſtribuere, & iiſdem, modo onera domeſtica ſuſtineant, gaudere. (b

(b *Vid. expreſſ. text. in l. pro oneribus C. de jur. dotium. & tit. 2. jur. mun. ſive ordinal. patr.*

Summa propinquorum curis, & conſiliis reguntur, aliquando ſalvantur, & defenduntur, quomodo quæſo, in propoſito, per commune hoc vocabulum Bern/tam grandia, ampla, & præſtantiſsima legata arcis monumenta, ac omnia dependentia, hæc Domina Siouca, aucupari poteſt? & in alienas familias hoc modo abſurdiſſimè, ubi dicta propria, nupta, tractare nequeat, trãsferre? minimè gentiũ, velle nec nolle habet, qui alterius imperio obedire cogitur.

Propterea hujus vocabuli Bern/ explicatio, in potentia, & arte regnandi, & familiam propugnandi conſiſtere debet, non in majorannitate fæmellę & incapacis, ex teſtamentis dignitatum dependẽtium expertis. (c

(c *Iuxt. allegat. Cũn. in l. 1. C. de adult. Socin. Conſil. 30. & 31.*

Verbi gratia, ſi major annis, à prima nutinitatis hora, poſtquam enixus fuiſſet, aut, in exortu incurabili, aut inſanabili morbo, aut inops mentis, aut ad extremos annos furioſus futurus ſemper, & continuè in cuſtodia cogeretur ſuſtentari, & expreſſis verbis, aliquo legato donatus, & ſic ipſi legato regendo inſufficiens, quo caſu ſecundus inſtitutus, nonne admitteretur magis idoneus? *Exempla.*

Item, poteſt fieri, ut conditi teſtamenti temporē nondum natus, aut nata, ſed naſciturus annis vetuſtior honoratus, diutius viveret, quam honorans, interim in inſaniam dictam; reſolveretur, aut ſimili continuo fato, diſtraheretur, quo caſu, dignior ex aliis junioribus, ipſi per communia verba, (uti in propoſito) factum invenitur, ſubſtitutus, nonne præferreretur? & idem legatum frater dignior, quamvis annis minor, præ ſeniore, locupletaretur?

Hoc cōfirmās Quintilianus l.1.c.g. ait per ſigna, argumenta ſequē judicia præſumtiones & conjecturas. verum ſenſum indagādum, minime autē proprio futili judicio non innitendum eſſe. Vid Cicer. de invent. lib.2.

Quæ exempla docent, multo magis fæminam inhabilem, remotam, & hoc caſu ubi de familiæ æternitate teſtatoris ex teſtamento agitur, excluſam, abſque ulla contradictione, fratri digniori, validiori, & præſtantiori quamvis annis majorem, poſt ponēdam eſſe, cum uti dictū explicatio ſuper cōmuni vocabulo Bern/ talis debeat eſſe, quæ voluntatē teſtatoris cōfirmat, non diſturbat, violat, caſſat, & ānullat.

Poſito caſu: ſi teſtator Scheltonis omnium liberorum ſeniorem, & Doctiſsimum hoc legato præ cæteris ditatum iri, præcepiſſet, & omnes filiæ naſcerentur, quid tunc dicendum eſſet, & quomodo teſtatori ſatisfieret?

Dignitates muliebres viris inconvenientes, non invenientur in Eponis Laucuma teſtamento hic deſcripta.

Reſpondetur, tam diu exſpectandum, donec omnes legitimam ætatem nactæ fuiſſent, quo facto, etiam omnium natu minima, ſi aſtutia, calliditate, arte domeſtica, pudiciori natura, moribus per politis geſtibus ſenioribus prævaleret, adhibito judicio teſtamenti executorum eligendam eſſe.

Ecce:

Ecce? notitiam, & exiguas dotes mulieris, ſeniorem ſimpliciorem ſororem, excludere & nulla ratione annorum pluralitatem conſiderari.

Dignitas annoſitati pr. ferenda.

Quod hoc ipſum Domino teſtatori, & ſibi maſculum, non fæminam, ſuccedere placuerit, colligitur primo ex eo, dum Domini ſui fratris Sicconis ſeniorem filium Scheltonem, cui, in ſua poſteritate per totũ mortuo, ſecundum fratrem Sicconẽ, & ſic ſæpius hos duos, ejuſque maſculos ſubſtituerit, deinde exclamet omni & ſempiterno tempore Schelto aut ejus ſenior partus, quẽ neceſſario quoque maſculum oportuit eſſe, quare? quia annectit, ſi præter ejus ſpem eveniret, ut primogenitus in ſufficiens foret, quod tunc demum illo excluſo, alius, ex reliquis aptior, & dignior, per Abbatem in Lidlum, & Paſtores, in Oiſterbierum, & Pietersbierum, eligeretur. ubi jam major ãnitas? ubi jam vocabuli communem ſenſum aut duplicem intentionem operantis, aut ejuſdem ambiguitas? quid cauſabitur? nõne plane excludit hæc clara manifeſta & perſpicua teſtatoris prudentiſsima voluntas, omnem fæminam, aliis filiabus annoſiorem, attamen ingenii dotibus imbecilliorem, & aptiorem, digniorem, & ex Iunioribus præſtantiorem, huic legato præficiendam demandat? Maxime.

Priorum probatio exemplorum.

N.B. Singularem teſtatoris amorẽ, erga digniorem.

Illuſio; ſive deluſio deprætenditur naſci ſi vocabulũ Sexu generaliter prolatũ, ergo ad ſpecialit. trahendũ & prioribus & ſequentibus rationibus addendũ quo per ſpecialitatem poſteritatis Laucumana maſculum deſignare dicatur lux, Bart. ad l. juris gentium nu. 1. de pact & l. 2. cũ d. ſequẽt. de præſcrip. verb.

Quare nunc hæc Domina Siouca, extantibus maſculis, præ viventibus, etiam duabus ſororibus, Lucia & Domina Catharina, prælatis, eo tempore nondum nata, huic ſuo fratri præferri debet? quod præfecto nemo ſani judicii, ſuſtinere poteſt,

voluntate teſtatoris, in contrarium ſtatuente, & expreſsè ſucceſſorē non annis, ſed arte & ſcientia majorem, & ad familiam propagandam, & Laucumanam domum defendendum, præſtantiorem, requirente, & ſic hiſce apertiſsimis obloquentem, planè confundente.

Cùm autem mihi perfacile ſit, præſentis inſtituti plura exempla proferre ſive teſtatoris ardorē, altioribus rationibus, & legibus, hoc loco probare, ut quilibet ſanę mentis, fateri cogatur, ætatem bifariā, & ſic intelligendam, cujus beneficio, hoc amplum legatum, in Laucumana familia, in æternum conſervetur, quod nullo modo, niſi per ſolos maſculos, fieri poteſt. Tamen cum dubium præſens vocabulum Bern der oldſt is/ ad arte ſcientia, & uti ſæpius dictum, notitia ingenii, & corporis viribus præpotentiorem trahi oporteat, & ſic ſuper eodem vocabulo Bern/ quo dictæ voluntati teſtatoris obediatur, & perficiatur, quod jura diſponāt nempè indubio omnia ad Iuris rationem trahi. (a

Familia per maſculos.

a) *Iuxt. l. ſi duo ubi Bald. ff. de acquir. hæredit. Bart. & D.d. in l. hæredes mei. §. cum ita ff ad trebell. Phlip. corn. 176. viſo ſupra ſcripto nu. 3. tom. 3.*

Et nullo modo, hoc caſu ad mulieres, niſi ad parendum & pariendum natas, detorqueri oportere.

Mulieres ad parendum, & pariendū damnatæ.

Hoc ut latius & tamen in priorum omnium confirmationem apertius domonſtretur eſſe certiſsimū, ut nullus, ullum dubium invehere queat, cujus intuitu, maſculus præſens Dominus Georgius à Laucuma

cuma, à ſuorum majorum ſede gentilitia, inhumaniſſime arcendus veniret, aliquoties nominati Domini Teſtatoris Eponis à Laucuma, teſtamento inſerta verba, & hiſce adjicere volui.

Item Schelto / ſalighe Sicke / oudſte ſoon / voorſz ſal hebben to eeuwigē tyden to duyren in præcipuum prælegat. ende vorndel / in eygendom / ende poſſeſſie nae hijlck voorgheſchreven overleven te apprehenderen / ende aen toe taſten / Laucuma Huys / Huyſinghe / Horn-leger ende Hoff / Landt ende Zandt / als nu to Laucuma bruycket wort / de molen voorſz etc. cum aliis ibidē ſpecificatis pertinentiis: paulo poſt, Item oft Schelto voorgheſchreven verſtorve / ſonder echte bern / ſo ſal dit vorndeel voorſz hebben / ſijn Broeder Sicco voorgheſchreven.

Item oft / Sicco verſtorve ſonder echte Bern / ſoo ſal hebben Lucia ende Catharina / Item to allen tyden Schelto daer nae Schelten bern der aldſt is / daer nyeſt ſijn oudſte bents bern / ẽn ſoo int eeuwich / inde delgaende graed [b] alleene to hebben / ſonder deelſchap daer van te doen / Nota nūc ſingulariter reliqua teſtatoris, hoc modo demādantia. Ofte by wan-verſtant / van dat oudſte bern / toe allen tyden / eene van de ander bern / qui ſunt juniores die daer (nota) ad præſtans hoc legatum defendendum & arte & ſcientia regendum, bequaemſt to is.

b) Qui per fæminā nuptā nullo modo ſecundum ſuperiora perpetuari nequit ergo neceſſariò, ſecūdum divinas & humanas, & teſtatorū ordinatas in perpetuum ſuccedendi leges valituras per verba Bern die aldſt is / maſcul⁹ ſive virilis ſucceſſor requiritur.

Poſteriora, & ſequentia media interpretantur, præſertim, duplicem ſēſum habentia.

Quæ poſteriora,& præcedentia,aliquo modo fæ-

Veſtigia Laucumanorum obſervātur à filio.

minā denotantia, tam clarè manifeſtè, & apertè interpretantur defuncti Eponis à Laucuma erga maſculinitatem directam favorabiliorem voluntatem, ne opus ſive neceſſarium fuiſſet, hujus patris ſenioris nempè Scheltonis teſtamentum, unumquemque ſucceſſorem dictæ maſculinitati, in æternum alligatum conſtringens, adducere: ſequitur enim obedientiſsime paterno juſſui, ſua ſponte & innata propēſione inhærens, veſtigia majorum, qui pro conſervanda dignitate Laucumanæ familiæ nobiliſsimæ, in eorum teſtamētis, hæc caſtri bona, ſubſtitutionibus, in deſcendentes, per ſolos maſculos naſcituros, per vices tranſmiſerunt. Hinc ſi præſentis Eponis à Laucuma dicta, ſui patris juſſibus, (ut nullo modo) eſſent contraria, prout ſuperius probavimus, rejicienda venirent: nunc ex paterno præambulo pendent, clare & perfectè, digniorem, & præſtantiorem, poſt diverſos maſculos ſubſtitutos, ex junioribus ſui fratris liberis alium aptiorem eligendum eſſe præcipit, ergo eligendus, prioribus prius inſtitutis, non diſsimilis arte, ſcientia, & præpotētia propagandæ hujus familiæ, ſuper qua anxia ſollicitudine invenitur diſpoſuiſſe, dicēduserit, quod eadem cura ſuper eligendo, quæ ſuper maſculis demortuis profecta fuit, militare[a] debet, alias enim, ſi ridiculoſe fęmina, intercíperet, quod maſculis percipere ordinatum conſtat, fraudulenta rei alienæ contrectatio, Laucumanæ familiæ oblivio perpetua, grandis vis, & injuria, [b] defunctos dilacerans, omnium Laucumanorum, ad unum eundemque maſculorum inſtitutorum, & inſtituendorum finem, tendentium voluntatum injuſta ſubverſio, in detrimentū reipublicæ, ſub unici cō-

munis

a) Socin. in l qui Romæ. cohæredes nu. 18. ff. de verb. oblig & conſil. 12 nu. 18. vol. 3, Philip. Corn. conſ. 229. cir. fin. vol. 3. Paris. conſ. 41. nu. 38. part. 2. Decean. reſp. 48 nu. 18. vol. 3.

b) Vocabulū Weri *generaliter ſi intelligeretur de fæminis, multa procrearet abſurda teſtatoribus, ſecundū varias eorum clariſsmas, ſuas depoſit. & poſteritatis Laucumanæ habitum amorem, odioſiſsima ergo, reſpuenda, & acquieſcendū maſculinæ ſpecialitati,*

munis vocabuli emẽtiti explicatione, excogitata, authoribus ejuſdem abuſus, in ultimo judicio, nocitura & tandẽ juris & juſticiæ vilolatio emergerent, imo omnes fortiſsimæ præſumtiones, hoc modo reſpuerentur, quæ apud ĩnreconſultos, multis in caſibus, ad eruendam veritatem, ſunt validiſsimæ, quarum viribus hic Dominus Impetrans, contra demortuã ſuam ſororem, nunc ejus filii liberos, in propoſito, quamvis Triumphum obtinere poſſet. Tamẽ in majorem victoriç acquirendæ certitudinem, omnia defuncti Eponis à Laucuma Teſtamenti verba, latius, in veriſſimas probationes, ipſam maſculinitatem requirentes, explicando reſolvemus, quibus, tanto melius, foveæ mendacii incluſa, & ſuppreſſa voluntas, hactenus diverſis litigandi modis conſpurcata, nunc claris defentionibus, ac veriſsimarum legum authoritatibus, erecta, in lucem erumpat, ut quæ non proſint, ſingula multa juvent: & duo vel plura vincula, magis ſtringant. (a

Fovea mẽdacii

a) *Auth. poſt fratres C. de legit. hæred. & in c. 1. de treug. & pac. & tenet Bald. in l. ult. in fin. C. de ſerv. fugit. Corſet. in repet. c. grandi coll. 13. de ſuppl. neg. prælato.*

Ad materiam Probationum Superius docuimus, verba illa communia, maſculum & fœminam pariter ſignificantia, in hoc caſu Teſtamentario, ad fœminam, quamvis majorem natu, nullo modo torqueri poſſe, quod ætas, aut reſpectu meritorum, dignitatis, aut majoris ingenii, dicatur: Item alio loco, ad præcedentium confirmationem ætas, dicitur aut annis vetuſtior, aut meritis dignior, ſive duratione longior, aut meritis honoratior, dignior, eſt, qui meritis, in rembpublicam, aut præclaris animi doti-

In caſu teſtamentario. hominum conatus, perverſi remoti maneant.

Ætas biſariam intelligenda.

bus, excellentior ſit, longior, qui temporis tranſacti ſpacio, juventutem præcedit, ſive vita annorum acceſsione diuturnior, legatur ſuper hiſce Sap.4. à quovis reverenter amplectendus, qui dicit ſenectutem venerabilem eſſe, non diuturnam annorum numero computandam, cui conſentit Paſchas pater, ætates quædam ſunt meritorum, nam & ſenectus morum, invenitur in pueris, & innocentia, infantium, invenitur in ſenibus.

Super promotione fæminea, cõtra teſtamentum ubique maſculinitatem ſitiens, magnus error fraus & dolus committeretur.

In teſtamentis ultima, ad priorũ explicationẽ pertinentia prævalere debẽt ad jur. ſup. & inferius allegata & allegaanda.

Quorum conſideratione, via juſticiæ, & æquitatis ſemita, aberraret is, qui abſque ullo fondamento, contra hujus ſcientia validioris ætatis naturam, ad privilegia gentilitia ſuſtinenda, indignam, in ſufficientem, ac in toto jure, omni præeminentia remotã, & deſtitutam mulierem, annis quidem majorem, attamen ab omni privilegio, præ fratre digniori, excluſam, ſororem, præferendam judicaret, quæ ſecundum expreſſa verba hæc teſtatoris, **bp wan verſtant van 'tadſte/ eene vande oit bern/ deir** (nota) **bequaemſt to is:** ab hoc legati caſtro, ad evitandam, omnem abſurditatem, repulſa maneat, ne una eadẽque ratio[a] teſtatoris, ſuper ſucceſſoris majori ſcientia & dignitate expanſa, ad fœminam indigniorem tracta, diverſo jure cenſeatur.

a) *L.1. ibi nec rem patitur de rer. perm. l. cum qui ædes. & ibi Bart. de uſurp. & uſu cap. l.1. §.1. ſi quis teſt. lib. juſſ. fuer. l. jus. noſtrũ de reg. jur. c. cognovimus 12. q. 2. c. cum in tua. de deci clem. de elect. & notitiæ gloſſ. in cap. cum omnes de conſt. l. pater §. ſi ſervus de caſ. pecul. & l. titia de cond. & dem.*

b) *l. fil. de condit. & demon. l. ſcriptura C. de fid inſtrum. l. 1. C. de furt. Bart. ad l. ſi ancillam nu. 1. ff. pro ſocio.*

Et mera contraria operetur, quæ ſimul ſtare non poſſunt [b] quorum allegator audiri non debet. a)

a) *C. ſollicitudinem de appell. l. ubi repugnantia de reg. jur.*

Nam

Nam & Deus hoc ſolo privatur, quòd duo contraria uno & eodem tempore concurrere, b]

b) C. ſi Paulus l. nota 32, quæſt. 5. Angel. conſ. 200. incipiente A, & B. contraxerunt in 6. col. Alexan. conſil. 11. nu. 6. in 5.

Deus odit contraria.

Differentia inter totalē inſtitutionē & ſeparatū arcis legatū facta, aliā alterationē operatur ne ſexus maſculinus cum fœmineo obſcuretur & obſerbeatur.

Duarū ſororū excluſio, etiā omniū aliarū præſertim adhuc naſciturarū excluſio eſſe debet ideoque p appoſitionē vocabuli bern/ *ex prioribus dependentem etiā maſculum nullo modo fœminam putaſſe credēdus eſt teſtator, ut inconſtantia ſuſpicio ab illo amoveatur jux. l. nō ff. de condit. & ad ea demōſ. ubi repugnātia ff de reg. jur. Vldric. cōſil. 13. nu 14. lib. 2. Carol, Ruin. cōſil. 169. n. 9 vol. 1 1o Ceph coſil. 156. n. 23 Oct. Cacherā*

Nòn poſſent, ſcilicet dignior, & indignior, quandoquidem teſtator, Epo à Laucuma, diſtinctionem facit, inter hoſce, ſibi ſucceſſuros, & ab hoc ſpeciali legato excludendas, viribus ſui teſtamenti, mox probatam ætatis differentiam approbantibus, dum primo ſuam uxorem Hilcam, aut Helenam uſufructuariam, qua mortua, ſui fratris Sicconis omnes liberos, nominibus Scheltonem, Sicconem, Luciam, & Catharinā hæredes inſtituat, quæ conſtitutio uſufructus, ac bonorum reliquorum pro communibus partibus dividendorum, ſive liberis facta aſſignatio, apertiſsimè, indicant, præſens legatum caſtri, nullo modo ad fæmineum ſexum, devolui debere, quia huic primo Scheltonem, quo abſque liberis mortuo, Sicconem à Laucuma præfecit, quæ diverſæ maſculorum ſubſtitutiones, ſi ad fæminam, totali inſtitutione, honoratam, extantibus maſculis, extenderentur, teſtatoris factam legati, & reliquorum bonorum ſeparationem deluderent, ex qua ſeparatione maſculorum reſultat notoria prælatio, alias enim, duas haſce ſorores vivētes & apprime cognitas, excluſis fratribus honorare, potuiſſet Dominus teſtator: nunc legatum caſtri maſculis promiſit, & deſtinavit, eo ipſo, ſe paterno teſtamento alligatū eſſe indicavit, quo bona hæc, in præſenti familia conſervarentur, & ideo, hanc, ob teſtatoris factam proviſionem, intelligitur inductum eſſe fideicommiſſum, & collective vocati maſcul, hoc caſu

deciſ. 23. n. 46. Fran. Burſ. cōſ. 28. n. 29. lib. 3. D. Regn. ſixtin. cōſ. 13. n. 38. inter mag. purgen. volū.

intelliguntur, omnes gradatim gravati, de reſtituẽdo.

a) *l, peto §. ultim. de legat. 2. l. ult. C. de verb. ſignif. Socin, conſ. 12. præſens conſultatio nu. 13. in 3. volum.*

Et per hanc rationem conſuluit *Petrus* de *Anchor. conſil. 27.* in cujus confirmationem accedit, poſtquam teſtator, quatenus in præſenti caſu factum eſſe conſtat, duos tantum maſculos, ſibi proximiores, per vices ad quoddam ſeparatum legatum ſucceſſuros vocaverit, quod tunc talis ſubſtitutio facta, de duobus proximioribus, rejecto omni alio requiſito, intelligatur, non ſolum de duobus, ſed & poſt eos, aliis duob' proximioribus, ſive de familia, quia teſtator habuit hanc rationem, ut dictæ familiæ faveret. (b

Duorũ maſculorum prælatio fæminarum degradatio.

b) *Socin, conſil. 43. viſis teſtamentis col. 5. verſiculo aliquando. 5. & ultimo in 3. volum.*

Et quod ex iſta ratione inducatur fideicommiſſũ (c

(c. *Bart. in l. Pater filium §. fundum de legat. 2. Roman. conſil. 457. circa propoſitam in princ. Paul. de cast. conſil. 232. viſis & conſideratis col. 5. in antiquis Alex. conſ. 59. attentis verbis col. 2. in 3. volum.*

Quam rationem approbat *text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod.* adeo, ut hæ ſubſtitutiones, in contractibus factæ, propter ſplendorem familiarum factæ de jure ſubſiſtere valeant. (d

d) *Vt notant omnes in l. qui Romæ. §. flavius & in l. ita quis §. ex l. & in l. ſtipulatio hoc modo de verb. oblig. ubi Jasõ. nu. 10. verſ. 3.*

Vbi principaliter comprobat, & dicit, ſe de facto conſultum, ita reſpondiſſe, prout aſſerat. (e

e) *conſ. 8. circ. primum nu. 33. verſ. 7. bene faciunt & col. penult. & ult. intr. conſil. Bruni & ante eum. Bald conſ. 249. col. 2. verſiculo ego dubito in 2. vol.*

Ratio

Ratio, ab omnibus jureconſul. approbata hæc eſt, quod per bona ſubſtitutionibus hujuſmodi delata,& divitias, per maſculos familia conſervetur. (f

Per maſculos ſervatur familia,

f) l.1. §.ſi cuius ff.vent. inſpic. & not.in l.maximum vitium C. de lib.prat.§.media inſt.de legit.agn.ſucceſſ.Bart.& alij in l.Gallus §. etiam de lib. & poſt.

Abſque divitiis enim, & bonis, honeſtas perit, & ſordeſcunt familiæ (a

a) l.1.de cuſt.reor.l quiſquis C.ad l. Iul.majeſt.l.1.C.de dign.lib 12.ubi Bart.

Quarum præſtantiſsimarũ legum authoritas, vocabulum **Bern/ der aldſt is**/ neceſſarium maſculum denotare compellit,ne ſuper duobus fratribus,Scheltone, & Siccone, eorundemq́ue maſculina poſteritate, nullo modo, per fæminas continuanda, præcedẽtes ſubſtitutiones, contra omnium doctorum cõcordiſsimas opiniones,illudantur,& peſsime invalidentur, quod jura deteſtantur, & talem interpretationẽ capiendam eſſe demandant, quæ actum conſervat, non quæ omnes ſubſtitutiones ſive teſtatorum acta, everteret. (b

Interpretatio menti defuncti conveniens amplectenda.

b) Iuxt. l.quoties de reb. dub. l.quoties in ſtipulationibus de verb oblig.l. ſemper. in ſtipulationibus de reg.jur.l.Gallus § quidam recte de lib.& poſt. l.miles §.decem de re.jud.c. Abbate de verb. ſignif.gloſ.in l.& puto in prin.fam.erc. Bart.in l.Centurio verſ.quæro.ultimo de vulgar & pupil. ſubſtit.Heming conſ.4. nu.11.& conſ.55. nu.24. & conſ. 101. nu.5.Tira, in l,ſi unquam ſuper verbis nu.38, C,de revo.donat,

Et hoc etiam,in materia ſtricti juris locũ obtinet,(c

c) Bald,conſil,493, in primis videamus col, 1,lib,1,

Et procedit, etiamſi verba (uti in propoſito ab adverſariis fit) impropriari poſſent. d)

Digitized by Google

d) Gloſs. in d, l, & puto famili erſiſ. Abb, conſ. 63, col, 6, lib, 2,

Et hac nobiliſsima juris deciſione, ut Cravetta loquitur. (e

e) In conſ, 139, nu, 10,

Maſculinitatis præferẽtia, tam clara enixa, & notoria, unico generali vocabulo prævalebit,

Quod ſemper interpretatio fieri debeat, ut actus valeat: nunc ad rem: præſentium duorum ſcilicet primo ſenioris Scheltonis à Laucuma, ſecundo hujus Domini Eponis filij teſtamentorum, peroratio, & cõtextus, præcedentes ſubſtitutiones deductas, ubique legibus præallegatis approbatas & maſculinitatis præferentiam, de gradu, ad gradum, per verba in æternũ dominaturam, poſtpoſitis fœminis, ad hoc caſtri legatum requirunt, qua ſtirpe, nempè maſculina ſobole funditus exſtirpata, tantum Dominas ſorores, Luciã, & Catharinam, minimè autem hanc Sioucam, tunc temporis nondum natam, ſed viſceribus patris, adhuc involutam, & ſic utrique teſtatori, nullo modo cognitam, vocant, his ſuis perſpectis proviſionibus exiſtimantes, per maſculos familiam ſuam conſervari, nullo modo per fœminas. (a

a) Iuxt. apert, text, in l, pronunciatio in fin, de verb. ſign, l, familiæ §, familiarum eod, l, cum legitimæ de ſtat, homin,

Singularis amor ex hac exclamatione deprehenditur.

Et ideo, multoties nominatus Epo, patris ſui Domini Scheltonis ſenioris ultimæ voluntati, per totum, fœminas atrociſsimè excludenti, tanto obedientior, in ſuo proprio elegio, inter alia deducta ſeparãdo duas chariſsimas ſorores, Luciam, & Catharinam, à fratribus, progreditur in hunc modum: Item to allen tyden Schelto/ ende ſoo int eeuwich/ inde delgaede graedt etc: hæc ſi verè, & legitimè ponderentur, nihi

nihil in ſubſequetibus apparebit, quod viventi gradui maſculino nocere poterit, Schelto *enim in æternum* vivere non potuit, vocabulū igitur priora cōfirmans, Bern der aldſt is/ in ſupplementum gradus Laucumani adjectum, non fæminam ſed quatenus ubique diſputavimus, maſculū denotare oportet, per quem, adverbium, in æternū Scheltoni additum, ſuſtinetur, per fæminam repellendum exiſteret, quod uti mox allegatum, per eandem, quo ad ejus perſonam, familiæ finis invehatur, & bona in alienas familias transferantur *vid. Iohann. Andr. ad ſpecul. in rubr. de ſucceſſ. ab inteſtat.* per hunc continuatur, & propagatur, & gloria ſive inſigniorum, perpetuitas, dom⁹ antiquiſsimę dignitas, Laucumanæ, ſplendor, & claritas ſervatur, quas nulli nobiles generoſi, qualis hi Laucumani ante aliquot centenos annos fuerūt, extātibus legitimis maſculis, per ad huc naſciturā fæmellā ipſi odioſiſsimæ oblivioni occaſui aut interitui, proprinare credūtur, ſed magis ſtudent æternitati, ipſi dictæ poſteritati Laucumanæ inhærenti, per cujus ſubſiſtentiam, in propoſito, muliebri ſexui ſuccedendi locus non aperitur, quod Laucumana familia, per Dominum Imperrā, tem, eiuſdemque fratrem, D. Sicconem, uti dictum & hoc momento vivere dicatur, cujus authoritate uti dictū ſucceſsio muliebris excluditur? quare vocabulum Bern/der aldſt is/ de maſculo ſeniore poſitum eſſe, nemo negare poteſt, ne poſteritati dictæ Laucumanæ adhuc vigenti, & omnibus teſtamentis, eorundemque invicem quaſi catenatis contextibus inhoneſtiſsime præjudicetur, & in honeſto intellectui, ab omni diſpoſitione rejiciendo, [a] doloſe,

**Familia in æternum poteſt vivere per maſculos, ergo illud adverbiū in æternū Scheltoni additū, vocabulum bern/der aldſt is/ clarius luce, ad eundem maſculū torquet, quod per fæminā, familiæ pereunt.*

Sola hæc præſumtio defunctorū, omnibus Cāſteranis nugis prævalebit.

a) Iuxt. l. nam abſurd. de bon, libert l. 1. §. unde quæritur de publica.

ſe, & in omnium legum diſtructionem, acquieſcatur, & hæc ſubſequentia, **ſonder deelſchap daer van te dwaen**/ ad mulieres, contra ipſam naturam trahantur: quod nulla ratione fieri poteſt, nam hujus caſtri, eidemque annexorum bonorum, per mox dicta verba, totalis alienatio, & diviſio, prohibita invenitur, nunc ſi fæmella falſiſsime, per ſimplex vocabulum **Bern**/ obtruderetur, in invidiam, & notorium teſtatoris deſpectum, hoc legatum, non ſolum odioſæ diviſioni, verum etiam perillam ipſiſsimæ prohibitæ alienationi ſubjectum redderetur, quod mulieres nubentes, bona, in alienas familias, uti ſæpius dictum transferant, nunc bona transferre pejus eſt, quam dividere.

Quia maritus licet, ex remotiſsima linea ortus, bonorum gētilitiorū reditūū dominus fit, juxt. expreſs. text, in l. doce ancillā C. de rei vin. & l. in rebus C. de jur. dot. l. quintus 2, §. argento, de aur. & argēt. legat, & l, de his C, de jur. dot. ſed etiam procreans liberos eoſdem hiſce bonis ditat, ergo per vocabulum bern/ *mulier excluſa cenſeatur, & intentioni defunctorum acquieſcatur Diviſio, & alienatio quid differunt.*

Dividendo enim bona, poteſt fieri, ut in familia confratribus aſſignata, maneant, quæ diviſio, nihilominus, quamvis acceptior, attamen apertè prohibita cognoſcatur, quanto magis, totalis alienatio per ſucceſsionem muliebris perſonæ emerſura, deterior peior, defunctis, & viventibus ingratior, ſecundum teſtamenta præſentia, prohibita, atque in æternum excluſa, cenſebitur? Quarum duarum diviſionis & alienationis inhibitiones, hanc Dominam Sioucam, adeo confundunt, ne in minima ſyllaba, aut eius corporis partus, alienam familiam repreſentantes, præ maſculo Laucumano præferendi, ne quidē præſumi poterint, quo dicta ſubſequentia teſtatoris eloquia, **by wan verſtant van dat aldſte to allen tyden/ende vande oir bern**/ juſtum & legitimum ſēſum ſortiantur, quemadmodū ſuperius latiùs docui, & diverſis exemplis, ſuper majori natu indigniori, deductis

deductis, probavi, quæ animo & corpore præſtantiorem, robuſtiorem, doctiorem, familiam augere aptiorem, inter ſtructuram ſive media priorum, & ſequentium tantum, præſuppoſito illo majori natu partu habiliorem, præ fæmella hac Domina Siouca, hoc caſu, uti dictum, familiam Laucumanam multo minus, ne minimam ſtipitem maſculinam repreſentare valida, imò cura, ac ſollicitudine regendę arcis, ſive à familiæ cōtinuandæ potentia deſtituta excluſa, & de jure remota peritiorem requirūt, & vocant. Ad quid alias hæc: **oſte by wan verſtandt van dat aldſte/ eene vande oir bern/ die daer bequaemſt toe is**/ Quæ declinatio, degradatio, ſive inter media tantū à nominato majori natu factus deſcenſus, ſive digreſſus, rejecta omni, in contrarium, inani diſputatione, tantum cauſantur, ut ſi maximus natu, omnium liberorum ſubſtitutorū, hic impetrans fuiſſet, & deductis incōmodis, ſive externis vitiis laboraſſet, quorum reſpectu inſufficiens dici poſſet, ab hoc arcis digniſsimæ legato excluderetur, & ad electionem dignioris, & melioris, Abbatē & Paſtores in Oiſterbierum, & Pieterſbierum, nunc horum juſtos ſucceſſores, utpote teſtatoris ordinatos teſtamenti antiſtites, progredi demandarēt, quo expreſſæ voluntati demortui, acquieſceretur, quæ ante omnia, venit inſpicienda, & uti dictum inveſtigata, omnibus modis obſervanda.

Teſtamēta defunctorum ad arcis legatum vocant maſculū digniorem,

Hæc verba imo corū ne unica ſyllaba otioſa eſſe debet, ergo vocabulo Bern/ *quo a ſ fæminam Prævalebunt*

Vis, ex verbis emanans fortior,

Quanto magis, nunc Dominus dictus Impetrans omnibus neceſſariis animi, & corporis heroicis dotibus illuſtratus, ſuæ ſorori, impotenti, familiæ propagandæ inſufficienti, & indignæ præferri debebit?

Illatio.

Hæc ſine operatione eſſe non debent.

hoc niſi ita fieri oporteret, ad quid dicta illa **ofte human verſtant van het aldſte** ad quid, **eene vande oir bern**/ ad quid **die daer bequaeſt toe is**/ad quid **ende ſo int eewich**/ad quid **inde delgaende graed.**

Quæ omnia, cum digniori maſculo ſint attribuenda, & nullo modo fæminæ, alterius tantum gradus opitulatrici, proprii gradus hic honorati veræ mutatrici, neceſſario itaque ſequi oportet, eandẽ, propter defectum virium, à teſtatoribus præſcriptarum, utpote ſuccedendi, cauſarum, hanc à ſucceſsione legari repellendam eſſe, ne deficiente cauſa, effectus ullus falciſsimè admittatur, ꝙ eſt impoſſibile. *Bald. & Dd in l. 4. de juſt. & jur & in c. lator in verb. probare qui fil. ſunt legitimi Alciat. in tract. præſum. reg. 2. præſum. 2. nu. 2 & gloſſ. in d. c. lator qui fil. ſunt legit.* Dficiente enim cauſa, nẽpè per vocabulũ **Bern**/ excluſo maſculo, effect⁹ ꝓcreãdę poſteritatis Schieltoni ſive Laucumanæ, eſſe nõ poteſt, & ſic ſucceſsio fæminea repulſa maneat, quo poſteritas utpote effect⁹ à maſculo depẽdere queat. *l non codicil C. de teſtament.* Quo illud ipſũ, *ꝙ de cauſa, maſculo ſucceſſuro dicatur idem de effectu, judicari poſsit. l. 4. & ibi. Dd. ff. de juſt. & jur.* Impoſsibile enim eſt, *effectũ nempè præſentem fæmineam incluſionem potentiorẽ, præordinata cauſa eſſe, ad quod abſurdum excludendum, vocabulum* **Bern**/ *referri debet ad id, cui, nempe familiæ Laucumanæ diutius continuandæ congruit, in ſpecie, non in genere Bart. in l. 1. nu. 96. C. deg. lib. 12. & l. hoc legatum, de legat. 3.* Nam generale hoc vocabulũ **Bern**/ *ut intelligatur, reſtringere debet ſuum ſpecificatum, Bart. in l. ſed etſi adjiciatur nu. 1. ff. pro Soc.* Et talem ſermonem, *exprimere*

Ex hiſce intelligitur vocabulum **Bern**/ *generaliter quãvis dicatur poſitum, ad ſpecialitatem eſſe trahendũ ergo.*

debet

debet, qui propaganda familiæ Laucumanæ utpote ſubjectæ materiæ aptior eſt. l quoties de reg. jur. Bart. in l.1.nu. 6 C de arbi. Maneat itaque à teſtatoribus præfixa ſuccedendi forma, in violabilis, in propoſito dictis maſculis deſtinata, quo vocabulum illud Bern/der alôſt is/ verum & genuinum ſenſū aſſumens, ne extra teſtamentorum præcepta, ad fæminam detorta, falſiſsimam explicationem, ab omnibus, extante maſculina ſobole, damnatam, mereatur, & adulterinum falſum, omnes leges & rationes, impugnantem ſenſum, producat. Verba enim mox, allegata, tam clara ſunt, & non ſolum digniorem, ex junioribus eligendum præcipere inveniuntur, ut ſcandalo, & dedecori exiſteret, tali, qui in omnium iſtorum deſtructionem, vocabulum bern/der alôſt is/ ad fæminam rapere tentaret: Quia uti dictum, à ſeniore, ſive maxima natu tranſgreſſum; & itum eſt ad digniorem, & familiam teſtatoris propagare ordinatum, qui eſt maſculus, & vir.

Subjecta materia.

N, Bene,

Verba hic poſtrema clariora ſūt vocabulo Bern interpretationem itaque ex ſubſequētibus accipere debēt.

Quamobrem omnibus advocatorū cavillationibus ſpretis. (a

a) Iuxt, l, continuus §, cum ita de verb, obligat. l, ille aut ille §, cū in verbis de legat. 3, Paul, de Caſt. in l, hæredes pa lam §, ſiquid poſt, de teſtam, Dec, in l, in ambiguis nu, 4, de reg, jur, Cravet, conſ, 4, nu, 21, & conſ, 11, nu, 6, & conſ, 47, nu, 2,

Et rejectis, imo ne minimam quidem conjecturam in contrarium diſponentem merituris attendendis, ratio propagandæ, & defendendæ familiæ Laucumanæ, à teſtatoribus præfixa, prævalere, (b

Ratio verbis prævalere debet præſertim unico, generali.

b) Gloſſ. ordinar, in c. 1, ſup, verb, Italiæ de tempr, ordin, lib. 6, Ioan, Andr, in c, ſi poſtquam de electio cod, lib, 6, Bald. in. l. illud

Digitized by Google

C,d, ſacroſanct, Eccleſ, & in l.conventicula in 3,col,verſ,item eſt argumentum C,de Epiſ, & Cler.

Et erga maſculos, donec vivant, excluſis omnibus fæminis,quamvis per hæc vel illa vocabula,pure,aut per incuriã teſtamentarij, nominatis,militare debet, dum ratio dicatur, ipſa mens legis. (c

c) Dyn,in c,ult,verſ,primo quæro & ib,Bart,col,2.verſiculo ſecundum dubium C,de.legib,& ratio eſt legis medulla,Bald.in l,1,col, ult in princ ſi cert,petat,

Ratio eſt legis medulla

Et ſic ſe habet ratio , ad verba , ſicuti anima ad corpus, & ſicuti anima corpori, ita ratio verbis dominatur. (d

d] Panorm,in c,nihil,col,5. de electión,

In tantum, quod diſpoſitio ſpecialis, rationi primæ contraria, per generalem rationem, amplietur, *juxt.l.cum Pater §. dulciſsimis & ibi. Bart. Bald. Alberic. Caſtren. de legat.3. l. adigero §. quamvis.de jur. patron.l. ex facto in prin.reſp.de vulga & pup.*

N. B. hæc maxima,

N.B. notabilia

N. B. notabilia,

N.B,notabilia.

N.B,notabilia.

Ergo Bern/ ſuper pro pagatione Laucumana prolatum, maſculum operatur,ne effectus, ſine cauſa impar,reddatur.

Adeò,ſi hæc communia dicta **bern der aldſt is/** fæminam hoc caſu [ut minimè exprimerent, nihil ominus ad maſculi priorem rationem habitam, in caſu noſtro expreſſo , extenderentur. f]

d] Oldrad,conſil.224,col.7,Bald. conſil,59,primo ſtatuto lib.4, & conſil.331,lib.5,

Quod non obſtantibus verbis, duplicem ſenſum operantibus, ratio prior, periclitari non debeat, & ubi eadem eſt ratio,dictæ familiæ propagandæ,& eadem mens, ibi quoque dicitur, idem eſſe caſus. (a

a) Vid,Bald.in conſil.324, omiſsis opinionibus lib .4,

Et

Digitized by Google

Et quæ ſunt ejuſdem rationis, includuntur quoque ex priori diſpoſitione, & ſignificatione, id eſt, habentur, tanquam expreſſa, proprie, non tacitè aut extenſive. (b

b) Bald. conſil, 484, ſtatuto civitatis cavetur col, 2, nu. 5.

Et ubi eadem eſt ratio, quod verbis omiſſum eſt, non omittetur religione judicantis. (c

c) Oldr, conſil, 263, col, 2, circa finem Gravett, conſ, 62, nu, 14

Nũç ad rem. In duobus ſcilicet Domini ſenioris Patris Schēltonis, & filij Eponis à Laucuma teſtamentis, ubique maſculi maſculis, quatenus ſæpius allegavimus, ſubſtituti, quorum proſapia, funditus per mortem extincta, tandem, duæ fæmellæ, ſive ſorores, inveniuntur poſt poſitæ, quæ maſculorũ, variæ ſubſtitutiones, hanc rationem operantur, ne bona hæc gentilitia ſive ab avorum avis profluxa, extra familiam præcipitentur, quod ipſum legibus apertiſsimis, ſuper primo themate, aliiſque locis abundè probavimus, quæ ratio, ex prioribus dependens, & dictę familiæ in æternum proſpiciens unico huic vocabulo **bern**/utpote relato, **der alder is**/maſculũ eodē modo denotanti, inherere debet, ne illud relatũ, contrarios effectus procreare dicatur, ꝙ fieri nõ debet. Relatũ enim à ſuo referētidisjũgi non poteſt, ꝙ adeo verũ ſit relatũ inſpici oportere, licet referẽs aliis verbis diſponat, Quare ex unico vocabulo **bern**/tã efficax eſt prior probata teſtatorũ reſultans ratio, ſuper maſculis, ꝑ haſce ſubſtitutiones obſervata, ut ne in cõtrariũ opinari liceat, quãto magis in propoſito, ubi nullus diſſēſus, per vocabulũ **bern**/

a) l, in teſtamento ff, de condit. & demonſt, & l, 2, ff. de hæred, inſtit. Itē apertiſsimi juris eſt relatũ ineſſe referēti l, aſſe toto ff. de hæred, inſtit. l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demõs. l, ait prætor §. ſi judex. ff, de re judica, & l. Theopõpus ff, de dot præleg, Non ſolũ quoad ſubſtantiã, ſed etiã quo ad omnes ejus qualitates l, à filio §, 1, ff, de alimen. legat, l cum pater § ab inſtituto, & ib, gloſſ. & Bart. ff. de legat, 2,

der aldſt is/invenitur emiſſus, ſed talis voluntas per idem expreſſa, quæ maſculorum rationibus conſona dignoſcitur.

Quoniam ſecundum omnium concordiſsimum calculum, major annis, is nominandus erit, qui conſtātior, peritior, animoſior, & dignior nabetur. Profecto, minor hiſce donis majori natu antecedens, ſecundum ſuperius probata, & expreſſum Domini Eponis voluntatem, non fæmina, ſed ex junioribus aptior prǽferri debet, qui erit maſculus, idq́; propter identitatem rationis, verba teſtatoris eatenus explicātis, & ſic verba illa **bern die aldſt is** ſecundū hanc veram rationē, & voluntatē, ſunt attendēda. (a

a) *Text. in l. cum proponebatur in fin & in l. unum ex familia §. ult. de legat. 2. in l. fideicommiſſa §. hæc verba l. Pamphilo in princ. & l. Pater filium §. penult. de legat. 3.*

Quinimo à verbis, aliquando recedere licet, & iis contravenire, ut, mens etiam (nota) conjecturata ſervetur. (b

Conjecturata mēs verbis debet prævalere.

b) *L. penult. de lega. 1. l. Pater ſeverinam in princ. & l. conditionum verba de condit. & demonſt. l. 3, §. conditio de adim. legat. ibi ſed melius eſt ſenſum quam verba amplecti l. in conditioni bus primum locum de cond. & demonſ. l. cum virum C. de fideicom.*

Certe, ſi tantæ, efficaciæ & authoritatis dicta obſcura & tantùm ex præcedentibus, & ſequentibus conjecturata teſtatoris mens & voluntas exiſtat, ut ipſi, etiam contravenientibus verbis non attentis, paritio præſtari debeat, quod melius ſi ſenſum amplecti, quam adulterinæ, & falſæ explicationi, in hærere, quilibet, in propoſito Camſteranas, ſuper unico

nico vocabulo hoc **Vern**/ varias deductas ridiculoſas, nullaſque tamen illatas diſputationes* admirari cogitur, quibus diverſis Teſtamentis, verum expreſſum, manifeſtum & apertiſſimum ſenſum, ubique maſculum requirentem, clarius ſpeculo micãtem, ſupprimere moliuntur, quorum auſubus violentis, & omnes contractus infringerentur, in quibus, eodem modo, mens contrahentium eſt attendenda,& verbis etiam (nota) præferenda undecunque apareat. (a

Ceſſerans diſputationes

a) *Text.notab.in l.ult.C.quæ res pignor. obl poſſ.*

Vbi dicitur (nota) juſtum eſſe voluntates, magis quam verborum conceptionem, inſpicere. (b

b) *Gloſſ. notab. in l. ſi in venditione in fin. comm. præd. verſ. verius ſit.*

Quæ dicit, cauſam verborum, & mentem inſpiciendam, non tantum verborum ſignificantionẽ. (c

Mens teſtatoris

c) *Quam gloſſ. ibi ſumme commendat. Bald. & Paul. in l. promittendo in prin. de jur. dot.*

Dicitur magis res, quam verba intuenda eſſe, & eſt alius pulcherrimus *text. in l.*1. *in fin. C. ut action.* ob hæred. ibi dicitur, ne propter nimiam ſubtilitatem verborum (nota) latitudo voluntatis impediatur, eſt quoque textus aptus in l. conventionibus de verb. ſignificat. ubi dicitur, voluntatem (nota) magis, quam verba ſpectari. (d

d) *In l. ſed Celſus §. 1. de contrah. emt.*

Et dicit etiam textus, id quod actum eſt [nota] quam quod dictum eſt ſequendum, & ſimiliter inquit jureconſultus. (e

Digitized by Google

e) *In l. fiſtulas eod. reſpondi.*

N.B. notabilia. Apparere id actum eſſe, licet ſcriptura non contineretur. (f *Bald. conſil. 107. quod iſta donatio. 2. vol. & conſil. 417. col. 2. in 5. volum.*

Vbi dicitur, quod ſtatur (nota) intentioni diſponentium, licet aliter (nota) verba ſonent:

N.B. notabilia.

N.B. notabilia. Et idem *Bald. conſil 486. eod. 5. volum. dicit.* ſicut voluntas teſtatoris, in omnibus dominatur, ex teſtamento dependentibus, ita & voluntas, contrahentium in dependentibus, ex contractu, & in contractibus illa debet fieri interpratatio, quam contrahẽtes interrogati, veri ſimiliter (nota) reſpondiſsẽt. (a

a) *Iuxt. gloſſ in l. tale pactum §. fin. de pact. ubi Bald.*

Nam in contractibus, proceditur de ſimilibus, ad ſimilia. (b

b) *L. nominibus ubi Bald. in fin. C. de action. & obligat. text. in l. 1. §. ſiquis ſeruum depoſiti & in l. cum qui §. ſi rem commod.*

Illatio ex præcedentibus vera. Ex quibus omnibus apparet, horum, vel illorum verborũ propria ſignificatione rejecta, & omni curioſitate plane non attendenda, id amplectendum & præferendum eſſe, quod teſtatorum intentioni magis correſponderet.

In propoſito, antiquioris Domini Scheltonis, & ejus filii, Domini Eponis à Laucuma, opiniones, & conformes voluntates, quatenus ex eorum Teſtamentis elucet, & ſæpius dictum ſit, hæ fuerunt, ut ad unius demortui maſculi digniorem, ex ſuper viventibus

Digitized by Google

ventibus eligendum, præſens hoc ampliſſimum legatum caſtri, cum ſuis annexis, proflueret, quò, excluſis fæmellis, tunc temporis, in vivis exiſtentibus Lucia ſcilicet, & Catharina, illud per maſculos. (c

c) Iuxt. Bald. & alios in d. l. maximum vitium de lib. præter Bart. in l. 2. § videndum ad Tartull. Bald. in l 2. Circ. fin. C, de in jus vocand. idem Bald in l. quod vero col. 1. de legib. Rom. conſ. 16. col. 2. Paul. de Caſtr. conſil. 40, incip. præſens caſus in 6. volum Alex conſil. 20, verſ. 6. 1 vol. & conſil. 101. col. penult. 3. volum. Alberic Brum. in tract. de ſtatu quod ſtant maſculi in 5. & 4. articul. Curt. Iuni hanc dicit communem opinionem in conſil. 87. nu. 5. Tiber. Deſcian. reſp. 1. nu. 119. in 1. volum

Per maſculos ſervatur poſteritas.

Tanto certius, in familia retineri, & cõſervari poſſet, Profecto, ad infringendas, haſce ultimas voluntates, tantis optimarum legum medullis, ſuper maſculis fulcitas, communis vocabuli **Bern**/ hoc caſu teſtamentario, omnibus ſuperioribus, è diametro cõtraria, & de facto diſſona, falciſſima explicatio, aliquam fæminam, hanc Dominam Sioucam, tempore utriuſque teſtamenti, nondum natam, & ſic minime cogitatam, multo minus cognitam, aut cognoſcendam, obtrudere non poteſt: Ne ſequentia, inſuper poſtrema hæc ſæpius repetitia, **ofte by manverſtant/ van het aldſte/ Bern/ eene van die oir Bern/ die daer bequaemſt toe is**/ verba ſingulariſſimum favorem maſculis dignioribus intimatum operantia, [a] ſuis genuinis & perfectiſsimis explicationibus, contra omnia Iura deſtituantur, non attento, inſuperfluum eo, ex hujuſmodi dictis verbis, **die daer bequaemſt toe is**/ animus teſtantium, (ut dictum,) judicandus veniat. [b

a) Iuxt. l. Labeo de ſup. legat. c. is autem 22. q. 2.

b) Iuxt. Bald. in l. ſed & reprobari in princ. de excuſ. tutor.

Et nullum eſt majus mentis noſtrę teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, Bald. in l. generaliter.

Et ideo defunctorum elocutiones præſentes ſive ſubſtitutiones ubique maſculos ſitientes, tanquam forciores c ipſis, utpote ad familiam propagandam ordinatis, & creatis, & ſic ad regendum magis idoneis, donec maſculi ſuperſint, excluſis fœminis, prodeſſe, & ſuam interpretationem, à prioribus teſtatorum obſervantiis, & poſtea ſecutis, recipere debent. [d

c) *vid. gloſſ. in c. verum de condit, appoſ. & per Alexand, & alios in l. filius familias §. Divi. de leg 1, cum. concordantibus pluribus de quib. per dec. conſ. 403. nu 12. in fin. & conſ. 442. nu 25. Tiber Deci reſp, 117. nu. 24. in 3. volum.*

d) *L. ſi de interpretatione. & l. minime de legib, cum c. dilectu; entr. de coſue. Bald. conſ. 245. lib. 3. Paul, de Caſtr. conſil. 314. ad fin. & conſ. 347. col, 1. lib 1. Socin. conſ. 25. col. 9. conſ. 145. col. 2. lib. 1. Roman. conſ. 271. col. 2, verſ. 3 non eſt dubium Corn. conſ. 114. nu. 11 lib. 2. conſ. 187. col. penult. lib. 4, Cardin. Par. conſ. 56, nu. 35. lib. 2. Cravett. conſ. 101. nu. 11, conſ. 294 ratione decidendi.*

Et hæc confirmantur ex eo, quod ſemper, is intellectus, aſſumi debeat, quem effectus, & rerum exitus, verum eſſe demonſtrat. *vid. Iaſon. conſil. 128. col. penult. in princ. l. 1. Cravett. conſ. 201. nu. 11. & conſ. 294 ratione 21 decidendi Quod talis præſumitur cauſa, qualis per effectum demonſtratur Bald. in l. certis annis nu 3. C. de pact. Alexand. conſ. 107. col. 1. lib. 1. Cravet. conſ. 294* Idcirco, ab obſervantia poſtea ſecuta, non eſt. (nota) recedendum. (e

e) *Bald. in l. illud argum. illius. text. de excuſ. tutor. Cardin. Pariſ conſ. 22. nu. 24. & conſ. 23.*

Quia vera interpretatio eſt illa, quæ, ab obſervantia ſumitur. (a

N. B. bilia.

a) *Bald. c, 1, in princ, de feud, ſin, culp, non amit, Cravett. conſ.*

Digitized by Google

conſ, 91, nu, 7, & conſ, 118, nu, 2,

Hinc ante omnia, ſuper ſubſtitutionum rationibus aliiſque dubiis verbis, ſi quæ eſſent, ut minimè, dicta voluntas teſtatorum, in veſtiganda,* & perpendendum, cur, quare, quam ob cauſam, & quomodo mulieres hoc caſu, ſecundum aliqualem rationē & obſervantiam admittendæ, vel excludendæ forēt & quibus modis præſentia bona, maſculorum maſculis deſtinata, dicerentur, quod quamvis ſuper primo thematè aliiſque in locis ſufficienter deduxerimus, tamen hic, quo leges, prædictæ, convenienter allegatæ judicentur, in ſuperfluum, punctuatim deducere volui.

**Hūc modū inveſtigādæ voluntatis rei ipſemet teſtantur eſſe amplectendum in ſuis articulis 405 & 406, replicarū, ante ſent à quaque confeſſio illos à, praſēti falſa explicatione repellit, & legibus civilibus illos ſubditos cōſtringit,*

Ex primi, ſive, ſenioris Domini Scheltonis teſtamento intelligere datur, unius filii mortui viduam, cum innocentibus liberis, quamvis à Deo Optimo Maximo dolenter afflictam, *contr. l. divus. Marcus ff. de offic. præſid.* graviore vulnere preſſam, ab hac arce digniſsima, quam citiſsimè recedere, eandem alteri fratri reſtituere demandatum, & nulla miſeratione habita, conſtrictam fuiſſe, quo, non hic teſtator ſatiatus Schelto, ſecundi filii viduam, eodem modo cum liberis iiſdem tractavit.

Dura pœna.

Quarum viduarum acerrimæ excluſiones, re & facto manifeſtant, hunc Dominum teſtatorem, ſuam gentilitiam domum, à digniore maſculo regi, & gubernari voluiſſe, dum demortuis duobus filiis, non eorum filios, aut unum eorum, aut filias, aut unum earum, ſed eos, & eaſdem præteriens, quam-

Apertum teſtatorus factum,

Expreſsis verbis prævalet.

vis ſuæ poteſtati ſubjectos, & ſubjectas, tertium fratrem, hunc Dominum Eponem à Laucuma ſubſtituerit.

Quæ ſubſtitutiones, tanquam animi ſui, voluntates, indicia, mandata, præcepta, & obſervantiæ, tanti ſunt valoris, & ponderis, ne viventibus maſculis, ulli ad huc naſcituræ fæmellæ, vel natæ, ab ullo ſucceſſore, locus gubernandi, vel ſuccedendi dari poſsit. Quod adeò obtinet, ſi ſemel, filia excluſa inveniatur à ſucceſsione, amplius unquam nec ullo tempore admitti debeat. (a

Mulier ſemel excluſa ſemper extātibus maſculis remota manebit, ne ratio circa unum & idē deludatur à ſucceſsoribus

a) Roman, conſ, 1, nu, 3, & ibi prolixe Mandoſius in addit. ſuper verbo perpetua idem Rom, lib, 6, concluſ, tit, de ſtatu, concluſ, 4, nu 2, c, uni §, qui etiam Epiſ, vel Abb, feud, dar, non poſs, & ib, Bald, nu 3, Alvarot. nu, 3, & 4, Zaſ, in epit, feud. part, 8, de tit, ſucceſſ, nu, 58, Alexand, conſ, 29. nu. 7, incipiente quoniā abunde, de in 1, vol, Ioan, Bap Ferret conſ, 108. nu, 1, Alexand. conſ. 53, nu, 4, incip, conſideratis in 6, volum, Pariſ, conſ, 23, nu, 5, incip, prima in hujuſmodi & ibi hanc ſententiam communem dicit Anto, Gabriel,

In propoſito bis vel ter horribili, ac auſtera, in perpetuam vim excludendarum fœminarum, directa diſcedendi inhibitione, viduæ, quamvis miſeratione dignæ, ejuſque parentibus orbati impuberes, ab hac arce præſtantiſsima fugantur, ac repelluntur, & ſic reliquæ, in infinitum uti dictum tanto magis, vigente maſculina ſobole, remotæ manebunt, ne, quod directo fieri nequeat, nec per indirectum admittatur. (b

b) l, ſi duobus & ibi gloſſ, ult, de negot, geſt, l. ult, C. ſi mancip. ita venierit & c de teſtanda, & præbend, lib. 6.

Et prohibito aliquo, prohibentur & ea, ex quibus ad id

ad id pervenitur, *d. l. ult.* ubi ſcribitur, eam quæ ita venditur, ne proſtituatur, nec in caupona quidem ſub ſpecie miniſtrandi, detineri debet, ne fraus legi fiat. Nam ut dicit Baldus, ibi ſatis videtur proſtitui, quæ in caupona, ſive taberna, aut diverſorio tenetur.

Hiſce rationibus, ac legibus, quaſi ipſis compedibus conſtrictum eſſe teſtatorem, ſecundum Dominum Eponem videmus, dum hic, fratris ſui chariſsimas filias, ab hoc præeminenti legato, eodem modo ſeparet,* & idem aſsignet, ſecundum conſuetum, & ſibi præſcriptum modũ, ſeniori filio Scheltoni, cui mortuo, ſecundum fratrem Sicconem, quo utroque, cum totali poſteritate mortuo, dictas ſorores, tantum vocet, & ſic quatenus ſuperius per diverſas ſubſtitutiones, ſic quoque per incluſionem, Laucumanæ totalis poſteritatis fœminas, imo maſculos indigniores, dignioribus poſtponere voluiſſe deprehẽditur, aut harum ſubſtitionum reſpectu, & & hic Dominus Epo, omnes mulieres, extantibus maſculis, excludi voluiſſe cenſendus erit, poſtquã filia, ſemel excluſa, ſemper excluſa manebit, ad jura ſuper Domino Scheltone allegata. Quæ, in feudalibus bene, ſi adverſarii allegarent, hic in Patria, locũ habere, non poſſe, reſpondetur, illud falſum eſſe. Nam quilibet teſtator, præſertim nobiliſsimus à Gentilitia domo, quam avidiſsimè fœminas, utpote ejuſdem alienatrices, excludere, & perpetuo fidei commiſſo gravare, ut de ævo, ad ævũm, idque in æternum, ad maſculos exiſtat ambulatoria, ſive tranſitoria, & legem ſuis rebus imponere poteſt, cui om-

** Quæ ſeparatione, aut conſpicuo ſuæ facto teſtator, plus creditur, ambire maſculos, quam ſi verbis expreſsiſſet, juxt, text, in, l. ſi tamẽ §. ei qui ff, de redibit, edict. & in c, dilecti, 2, et elect. de appell, facta, hæc notorea ipſis verbis, quanto magis ambiguo vocabulo Werri/ prævalent utpote potiora Philip, Dec. ad l, num, 9 nu, 9, ff, de reg, jur,*

Proximiores excludens etiam remotiores fœminas excluſiſſe judicandus.

tem, abſurde, contrarios effectus, producere videatur, q ne fiat, jura illud impoſſibile eſſe affirmant. (a

a) Iuxt. dict, l. ibi. nec ratio patitur de rer. permut. l. cum qui aedes, & ib, Bart, de uſurp. & uſuca p, l, 1, §. Si quis teſtam. lib. eſs. juſſ. fuer. l, jus noſtrum de reg. jur. c. cognovimus 12. q. 2. c cum in tua de decimis clem. 1. de elect. & not. gloſſ. in c, cum omnes de conſtit. l, Pater §. ſi ſervus de Caſtr. pecul. l. titia de condit. & demonſ.

Et ſic dicta ratio viventis, ſcilicet poſteritatis Laucumanæ, quæ viventes ſorores repulit, hanc dictam longe remotiorem in gradu, circiter 40. annos poſt teſtatoris mortem, natam, Dominam Sioucam, ab hac arce repellere debet (b

b) Vid. gloſſ. ordin. in c. 1. ſuper verb. Italiæ de tempo. ordin. lib. 6. Ioan. Andr. in c. ſi poſtquam de electione. lib. 6. Bald. in l. illud. C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. conventicula in 3. vol. de epiſc. & clar.

Cum eadem mens, ibi quoque dicitur, ubi ſimilis caſus exoriatur. (c

c) Vt loquitur Bald. in conſ, 324. omiſſis opinionibus lib. 5. idē Bald. conſ. 484. cum mult. aliis ſuperius allegatis.

Qui ppè, negari non poteſt, teſtatorē per nominationē partus ſenioris, mortuo Scheltone, filium putaſſe & non filiam, quia ſucceſſorem vocat Dominum, vocat poſſeſſorem, & condemnat, ſive ordinat ipſum, tanquam Domus Laucumanæ Antiſtitem, in perſona ædes inhabitare. Quæ omnia convenientia maſculis, fæmellis nullo modo, nec ratione, illa minimè, convenire, ſive applicabilia, dum illæ, uti multoties dictum, ad pariendum natę & parendū Iubent enim leges, harum miſerabilem ſexum, propinquorum conſilio protegi.

Poſſeſſor Dominus Antiſtes.

Hanc Domū ſive familiam præſentare valentibus.

Muliebris conditio miſerabilis.

H (d Vt

Digitized by Google

nes ſucceſſores, utpote, ſacro ſanctæ, obedire co-guntur, quemadmodum in propoſito factum eſſe conſtat, & ſuperius allegatum & alia à me intermiſ-ſa exempla quam plurima in Patria extant, apud nobiles, quæ apud Curiam ſupremam, modo occaſio diſputandi emergat, approbantur, & Impetrans, hāc conſuetudinem, ad probandum admiſſus, probavit, ſufficienter, ergo illa probata, hunc juvare, & mox allegata, ſuper etiam hæreditariis, quam feudalibus, locum obtinere debent; cum utroque caſu, eadem militet ratio, ne bona gentilitia, ad peregrinas, & alienas familias, per prohibitas mulierum alienationes, & diviſiones, transferantur.

Ad jura inferius deſignata.

Vocabulum itaque **Bern/** quo ſuperiora omnia illæſa maneant, in propoſito maſculum ſeniorē, ſive ex aliis junioribus, dignorem, eligēdū eſſe demādat.

Præſertim, ſuper viventibus dictis ſororibus, Domina Lucia & Catharina facta ſubſtitutio, propter viventem poſteritatem Laucumanum, ad effectum non inveniatur perducta, ſed repulſa manſit.

Quanto minus, præſens vocabulum dictū **Bern/** inter media orationis poſitum, & de maſculis prælatum, nullam, nondum natæ, aut teſtatori cognitę ſubſtituendę fæmellę incluſionem operabitur? Ne, uni ſcilicet quod priori tempore ſuper viventibus factæ, ſubſtitutioni denegatum exiſtat, turpiſſimè, & reprobè, ſuper nondum nata, Siouca, & ſic mortuis aſſimulanda concedi, & ratio, circa unum, & idem, ſcilicet poſteritatem Laucumanum, viven-

Abſurda evitanda eſſe.

tem, abſurde, contrarios effectus, producere videatur, q̃ ne fiat, jura illud impoſſibile eſſe affirmant. (a

a) Iuxt. dict, l. ibi. nec ratio patitur de rer. permut. l. cum qui ædes, & ib, Bart, de uſurp. & uſucap, l, 1, §. Si quis teſtam. lib. eſſ. juſ. fuer. l, jus noſtrum de reg. jur. c. cognovimus 12. q. 2. c cum in tua de decimis clem. 1. de elect. & not. gloſſ. in c, cum omnes de conſtit. l, Pater §. ſi ſervus de Caſtr. pecul. l. titia de condit. & demonſ.

Et ſic dicta ratio viventis, ſcilicet poſteritatis Laucumanæ, quæ viventes ſorores repulit, hanc dictam longe remotiorem in gradu, circiter 40. annos poſt teſtatoris mortem, natam, Dominam Sioucam, ab hac arce repellere debet (b

b) Vid. gloſſ. ordin. in c. 1. ſuper verb. Italiæ de tempo. ordin. lib. 6. Ioan. Andr. in c. ſi poſtquam de election. lib. 6. Bald. in l. illud. C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. conventicula in 3. vol, de epiſc. & clar.

Cum eadem mens, ibi quoque dicitur, ubi ſimilis caſus exoriatur. (c

c) Vt loquitur Bald. in conſ, 324. omiſſis opinionibus lib. 5. idē Bald. conſ. 484. cum mult. aliis ſuperius allegatis.

Poſſeſſor Dominus Antiſtes.

Qui ppè, negari non poteſt, teſtatorē per nominationē partus ſenioris, mortuo Scheltone, filium putaſſe & non filiam, quia ſucceſſorem vocat Dominum, vocat poſſeſſorem, & condemnat, ſive ordinat ipſum, tanquam Domus Laucumanæ Antiſtitem, in perſona ædes inhabitare. Quæ omnia convenientia maſculis, fæmellis nullo modo, nec ratione, illa minimè, convenire, ſive applicabilia, dum illæ, uti multoties dictum, ad pariendum natę & parendū Iubent enim leges, harum miſerabilem ſexum, propinquorum conſilio protegi.

Hanc Domū ſive familiam præſentare valentibus.

Muliebris conditio miſerabilis.

 (d Vt

Digitized by Google

d) Vt dicit text. in l. in conjunctione C. de nupt. vid, latius Sichard, dum jureconſultum eximium conſ, 10. nu, 35. 36. 37, & 38.

Cujus ſecta, alioquin avariſsima dicitur (e

e l ſtipulata ff. de don, int. vir. & uxor Bald. in l. ſi à ſponſo C. de donat.

Tamen ſibi proſpicere in ſufficientes, propter debilitatem ipſis innatam. (f

f) Gloſſ. ſingul. ib. Anton. de Butr. de appell. in c. locum extra deſponſ, l, cum multa. C, de donat. int. vir. & uxor ſocin. conſ. 263.

Remotæ ab omibus officiis, l. fæminæ de reg. jur. inhabiles ad teſtandum, in teſtamentis, &c. & ſic officio **voorſtoinders** fungi impotentes. Quoniã nuptæ, imo parapharnalia, & dotalia regere prohibentur; *vid. ordinat. patr. tit. 2. Bart. ad l. 3. & ib. gloſſ. ad l. in rebus nu. 3. C. d. jur. dot.*

Quorum fructus, ad maritos pertinent, pro quibus onera domeſtica ſuſtinent. l. pro oneribus C. de jur. dotium, quemadmodum ſuperius prolixiùs.

Ecce, onera domeſtica ipſi **voorſtoinder** incombenti, avirum, ſive maſculum ſignificare.

Quæ nominatio poſſeſſoris, nominatio Domini, nominatio **voorſtoinders**/ condemnatio teſtatoris, ut ædes ipſe inhabitet, maſculinitatis prælationem, adeo ſapiunt, ut ne ullius quãvis doctiſſimi contradictio, admitti queat. Nam fæmella nupta, non poſſidet ſed à marito poſsidetur, Dominus non, ſed ejus ſubdita eſt, & ſic ſe utpote condemnatam obtemperaturam manuali ſtipulatione polliceri cogitur,

Mulierum degradatio.

Dominus dicitur à domo, qui domui præeſt, & in familiã imperiũ vel, qui in imperium in regnum, vel civitatẽ habet. Virgil, Romanos rerum dominos gentemq; togatam, Ergo vocabulum **Wern/** *maſculũ, quo teſtatori obediatur, ſignificare oportet reliquis attributis vocabuli* **vgirſtanderer/ die Heere/ in perſoon** *illud jubentibus: feminis nullo modo convenientibus* **Bald.** *in l. fructus l de action. Compl.*

cogitur, in templo, cum ſecundũ ordinationẽ patriæ copulãda exiſtit, Antiſtitis officio, uti mox legibus pꝛbatum eſt, remota ubiq; conſpjcitur, quia hoc noſtro caſu, per virilis ſexus cognationem conjuncti, debent eſſe Domini, Antiſtites, poſſeſſores unde teſtator vult tales eligi, ex poſteritate Scheltonis, vel Siconis, à Laucuma, de qua, nati ex filia, dici nequeunt, *expreſſ. text. in l. 196. de verb. ſignif. §. ſunt autẽ inſtit. de leg, agnat, tutel. & §. qui igitur inſt. de patr. poteſt.*

Nati ex muliere patris conditionem ſequuntur.

Ergo hujus unici reſpectu, explicatio adverſariorum Camſteranorum ſuper vocabulo 𝔅𝔢𝔯𝔫/ facta, per totum, omnem fæminam excludit, quod præcedentia vocabula. (a

a] *Vocubula hæc ſunt minutabilia hominum autem, mutabilia, juxt, text, in l, 4, §, rerum enim ff. de legat, 1,*

Poſſeſſor, Dominus, & antiſtes, maſculorũ proprietatem, ſecundum omnium doctiſſimorum manifeſtiſſimas opiniones denotantia, & exprimentia in dictas fæminas, cadere nequeant, quemadmodũ, ſubſequẽtibus latius ſignificabimus. Hęc tamẽ, pręſẽti congruenti loco repetere debui, per diverſa hęc immutabilia vocacula, ambiguam ſignificationem, luce clarius à teſtatore eſſe explicatam, ne dictæ fęminæ, ad hoc legatum caſtri, ſuccedenti pateat, ulla via, quæ luce clarius à prænominato Domino Scheltone ſeniore teſtatore, omnibus ſucceſſoribus per vices ingredienda eſt ordinata, hoc modo, ne fæminæ, ſive viduæ factæ, & ſic à Deo Opt. maximo afflictæ, ædibus hiſce Laucumanis diſcedere, p

Ergo erubeſcat in tenebris deliteſcens futiliter contra initia juris, noviter baptizata Anacephalæoſis Cãſterana author. qui verba Poſſeſ Dom. & Antiſt. ad mulierem extendi poſſe, falſiſſime aſſerit, et talem reprobam opinionem l. pronũtiatio & l. 1. de verb. ſignif. l. 7. §. 1. ff. de juriſd. om. jud l. 7. §. parvi ff. de inſtit. action, l. ait prætor. §. 1. ff, de negot geſt. nititur probare quæ leges ne umbram eorum ſed ſolummodo ex peccato & debito tam mulieres quam maſculos reſpective puniendos, & conveniendos, præcipiunt & ne in unica ſyllaba, teſtamentorum recordantur.

ſubſecutam inhibitionem, conſtrictæ fuere, quod ipſum ſuperius fuſius deductum exiſtit, quæ forma aut norma, horum duorum teſtatorũ, nempè patris & filii, ſuis bonis acriter injecta, & impoſita ſervanda eſt ad unguem, alias quod agitur nullum eſt. (a

a) l. cum hi §, ſi prætor de tranſact, l, certa forma C, de jur. fiſc. lib, 10,

Et omiſſio formæ, etiã in minimo, totũ vitiat. (a

b) Bald, in l, 1, de lib, & poſt,

Cui, neque nihil adimi, aut detrahi poteſt. (c

c) Bald, in l, ult, col, 2, C, de ſuis & legit.

Eaque individua eſt. (d

d) Vt idem Bald, in l, certi condictio §, quoniam ſi cert, petat.

Et ſic ſervanda, ut præſcripta nec ſufficit eam ſervare, per æquipollens. (e

e) Bart, in l, non liberi de ſtat, homin, Bald, Angel. & comm. Dd, in l. 1, & 2, de, vulg, & papill. ſubſtit.

Denique, non ſervata legis præſcriptæ forma, in aliquo teſtamento, aut actu, præſumitur dolus, mala fides, & fraus. (f

f) Gloß, in l, 1, C, de jur, haſt, fiſcal, lib, 11, Tiraquel, de utroque retract, lib, 2, § 14, gloſſ, 6, nu, 31, & rurſus gloß. 7, nu, 15, idem in tract, de jud, in reb. exig, ferendo fol, 51.

Senectutis ratio in famina, nihil operatur, quo ad obtinẽdã prælationem præ maſculo, quia adulta nubit relinquit, ſuam familiam, decrepitæ ætatis facta, & ſic ſuo officio pariendi inſufficiens, vel ſterilis contemnitur in ætatis medio obtemperat, vel maritata obſequitur, mappas, & ſuppellectilia tractat, ergo.

Quibus, ut occuratur, vocabulum unicum hoc Bern/ & ampliatum der oldſt is/ & explicatum per ſubſequentia adjecta teſtatoris, hæc, poſſeſſor, Dominus & Antiſtes, ſecundum claras, teſtantium vo-

luntates

luntates conveniat maſculo, digniori, ne hæc omnia, ad externæ familiæ reprobum, & in humaniſſimum placitum tanquam operoſiſſima. [g

Maſculi, à maſculo id eſt roboro & firmo.

g) Iuxt, Bald, in rubr. de contrah, emt. in 9. quæſt, Corne, conſ, 126, in c, ult. in volum, Tiraq, de utroque retract, §. 1, gloſſ, 2: nu. 24, & 45, lib, 2, Tib. Decian, reſp, 52, nu, 28, in 1. volum & reſponſ, 45, nu, 17, in l. 2,

In nihilum redigantur, ſive peſsimè improprientur, aut, in omni rationi diſſonum ſenſum, ex mero odio, & invidia declinentur, quo juri, & juſtitiæ, debitus honor præſtetur, & dicta hæc explicentur, ut actum conſervent, non eundem evertant. (h

h) Iuxt. dict, l. quoties de reb. dub.

Nam ſuperius docuimus, Eponem à Laucuma, ſi voluiſſet, extra familiam aliquem, hoc legato ornare, non potuiſſe. [i

i) Vid, expreſ, text. in l, ſi duobus vel tribus §, ſed quia majeſtas noſtra C, comm, de legat, & fideic.

Quod adeò verum eſt, ut quemadmodum jus publicum, privatorum pactis, mutari nequeat. (k

Ius publicũ

k) L, jus publicum de pact.

Nec ex ſolenni, nec prætorio jure, alicujus conventione id admittatur. (l

l) L, nec ex prætorio ff, de reg, jur.

Et denique, ſicut privatorum conventio, juri publico, nihil deroget. (m

m) l, neque pignus §, fin, dict, tit, l, eundem de oper, libert,

Digitized by Google

Teſtamēta in favorē familiarum, ōnibus aliis alienationem admittentibus præferēda.

Sic in contrarium, teſtando Dominus Epo à Laucuma, uti dictum & probatum, ſui Domini Patris teſtamento, legibus publicis divinis, ac humanis ſtabilito, & ſacroſanctè obſervando, ubique fœminas excludenti, præjudicare non potuit, quò legē ſuccedendi præſcriptam, tanquam teſtatoris lictum factum, ubique approbatum, ne dictæ fæmellæ, extantibus maſculis, admittantur, per omnia utpote coactus amplecti dignoſcatur *d. l. ex qua perſona de reg. jur l. ſi uxor C. de bon. auth. jud. poſſ. l. ſi ab eo C. de neg. geſt. l. ſi ab eo C. de lib. cauſ. l. ſolutum §. ſolutum de pignō. action. & l. cum à matre C. de rei vind. amplecti.*

Dominus teſtator Epo, per prælationem maſculinitatis ſe majorum teſtamentis obedientem prabet.

Nunc autem, æternitate, ſuæ Generoſæ familiæ Laucumanę gaudens, ſecundum dicta veſtigia, ſuorum majorum, etiam dictas ſui fratris Sicconis filias viventes, ac per omnia, ſibi largo favore acceptiſſimas, ab hac arce ſeparans, eademque, cum honoraverit maſculos, quorum poſteritate, per totum extincta, tandem fæmellas ſucceſſuras, demandaverit. Certè, hiſce diverſis ſubſtitutionibus, injectum tantum unicum vocabulum Bern duplicem ſenſum, ſecundum Grammaticos habens, attamen, poſtea clarius, per ſubſequentia explanatum, fœminam nullo modo operari poſſe, ad ration. & Iura, ubique allegata.

Contra naturalem rationem pugnat lumbis paternis involutam præviventibus exclusis obtrudere.

Præſertim hæc fæmella, Domina Siouca, quemadmodum, ſępius dictum teſtatori nunquam cognita, ſed illo mortuo, per longum tempus, lumbis paternis involuta, poſtea in lucem producta, in exor-

tu

tu mera putredo, & ſecundum humanam locutionem, parvula, ſive puellula, vel in mera pueritia, vel puerilitate, ineptia, vel inconſiderantia, vel ætate puerili, puerafcere, habita fuerit. Vnde quid quæſo? moviſſet, hunc Dominum prudentiſsimum teſtatorem Eponem à Laucuma, talem, ad omnia inutiliſsimam, & ab omnibus, durante infantia, quo, ad haſce ſplendidas ædes, in perſona inhabitare propugnare, & defendere indigniſsimam, & delirantem, in præjudicium, ſui defuncti patris, ac ſuarum propriarum factarum ſubſtitionum deſtructionem, & maximè, ad procreandam poſteritatem Scheltonis & Sicconis impotentiſsimam, hoc grandi legato, nondum natam, viſam, auditam, ſed uti dictum, ad huc naſcituram, ditare? nugæ: Et ideo ut maſculum, quoque delirantem non, ſed digniorem ex judicio Abbatis & Paſtorum in Oiſterbierum & Pietersbierum eligendum, ſibi ſuccedere voluerit, addidit, **ofte by wan verſtant van 'toldſte/ eene van de oir bern/ die daer bequaemſt toe is.**

Interrogatio ardua.

Hæc germanica verba, prævalebunt. falſæ explicationi muliebri bald. in l. fructus C. de action. emt.

Nonne hæc fęmellas excludũt? Nonne ſapientiſſime maſculum quaſi pelliceunt præpotentiorem? maximè; Quod firmiſſimis hiſce, divino afflatũ, ſuggeſtis ingenii naturalis partubus, præter mox dicta, apertius probabo.

Notiſsimi juris eſt, ſuperius, & multis in locis, hic & ubique allegati, ad inveſtigandam teſtatoris voluntatem, expreſſam, imo etiam conjecturandam, aut conjecturatam, non ſolum, ab unius, ſed multorum verborum propria ſignificatione recidi poſſe.

Digitized by Google

text. eſt pulcherrimus in l. 3. C. de lib. præter text. in l. Paſter ſeverinã §. conditionum verba ff. de cond. & dem. & & l. labeo de ſup leg. cum aliјs ſup. allegat.

Dum voluntas dicta magis, quam verba veniunt inſpicienda. (b

b) Text. expr, in l. virum. & in l. penult. ff. leg. 1. text, in l. hæredes mei § 1. ff. ad ſen. trebell. Pariſ. conſil. 90. nu. 20. vol. 4. Bart. in l. regula, §. item ſiquis de jur. & fac. ign. jaſ. conſ. 175 de lib. præt.

Voluntas & mens etiam coniecturata imo conjectu rãda aliquãdo apertis verbis prævalebit.

Adeo, quod volũtatis defectus vitiet teſtamentũ, etiam paternum, quod ex ipſis verbis, jus non pendeat. (c

c) Vid. obſervat. Geil lib. 2. nu. 10. obſervat. 132.

Vbi dicitur, verba ſervire hominum cõſiliis, & authoritatibus.

Et rebus, nempe ipſis voluntatibus. (d

d) Text. in l. in conditionibus ff. de cond. & demon. & in l. cum virum C. de fideicom. jaſ. nu. 2. text. ſingul. in l. 3. C. de lib. præter. cum mult. aliis.

Inſervire debeant, vel intentioni: & ſic cum effectu intelligenda veniant. Nunc ad rem, tres hi præſentes Domini teſtatores, ſcilicet pater & filii, Shelto ſenior, ſecundus Schelto & Epo à Laucuma, ad unum eundẽq; finẽ, proſpicientes, ne bona hęc gentilitia, ad alienas familias, per hanc, vel illam prohibitã diviſionem traducerentur, ubique maſculos, inveniuntur fæminis prætuliſſe, & ſic re, & facto, conformes ſuas voluntates, luce clarius manifeſtaſſe, ut illa in æternum, apud eoſdem, per vices, ſcilicet poſt mortẽ unius, per alium, & ſic gradatim, in honorem Laucu-

manorum

manorum conſervarentur, quod per adjectionem Æternum,*ſic oportere eſſe probatur,dum uti ſuperius allegatum,omnibus hominibus ſit moriendum. Et quamvis nunc dominus Epo, inter haſce claras maſculorum ſubſtitutiones, unicum illud vocabulũ **Bern**/ per teſtamentariũ adjici paſſus fuerit,pariter fœmellã populariter comprehendens. Profecto,abſurdiſsimum exiſteret, contra mox præſtantiſsimas leges, quod ordine deductas, illud fæminæ applicare,ipſum conformes voluntates,violenter ſupprimeret. Videmus enim Eponem, extantibus maſculis, ſi voluiſſet,fæminã vocare non potuiſſe, & nunc expreſſè maſculos,eorundemque poſteritates,expreſſis verbis,ubiq; ſingularibus curis,ac vigiliis reverenter ſibi recommandatiores habuiſſe, & ſic per adjectionem iſtius vocabuli **Bern der oldſt is**/ maſculum ex maſculis digniorem electum iri denotaſſe, & exprimere voluiſſe. Quare? quia corrigit in continenti ambiguitatem, hujus vocabuli **Bern**/ uti ſæpius,eſt repetitum, his verbis, **ofte by wan-verſtant/ van 'toldſte/ eene van de oir bern/ deir bequaemſt toe is**/ Quæ ſubitanea ſecuta explicatio, licet addita non fuiſſet, æque per vocabulum **Bern/der oldſt**/ maſculum ſignificavit, & fœminam, ſecundum omnia ſuperiora, licet majorem natu, neceſſario ab hac arce ubique terrarum, ipſis maſculis dedicata, removere voluit. Nam teſtator verſatur hic in ſubſtitutionibus maſculorum,qui per vocabulũ **Bern**/ relativo modo,quoque exprimi poſſunt, quo caſu, ſecundum illorum qualitatem,à teſtatore, prius propoſitam,tanquam ipſiſsimam ſibi ſubjectam mate-

** Adverbij adjectio in æternũ, quid operetur.*

Poſitio ſenioris partus quæ facti eſt non infringit prelationem maſcul. quæ juris eſt, nec nativitas filiæ quæ poſt mortem teſtatoris contigit, non operabitur alterius, facti fiendæ ſucceſſionis authoritatem text in l. non hoc C. Und. legit. & in l. neq; natales Bart. in l. 1. nu. 9 C. de uſur.

riam, hoc vocab. Bern der alduſt is/ intelligi & ſic: à fœmina, hoc caſu, extra eandem materiam conſtituta, utpote contraria dicta omnia priora ſubvertente explicatione, eſſe receſſum: Nunc autem teſtator, hujus vocabuli Bern/ communitatem, ſive ambiguitatem re & facto, per diverſa alia addita, clariora inferius & ſuperius ſpecificata, imo ſuper tertio Themate ſpecificanda, explicavit, & correxit dum ex junioribus aptiorem eligendum eſſe demandaverit, & poſteritate Laucumana, per totum morte extincta, duas in vivis tunc temporis ſibi notas ac dilectas & chariſsimas fœmellas, ad hoc legatum ſuccedere voluerit. Certe hæc declaratoria verba, addita, voorſtainder/ de Heere & poſſeſſor, in hiſce emendatis excluſa omni fæmina preſertim, tunc temporis nondum nata, & ſic, in ullam gratiam defuncti, ſuper præſentis familiæ perpetuitate, minimè conſtituenda de maſculo, propriè accipienda veniunt *juxt. expreſ. text. in l. 3. §. hac verba ff. de negot. geſt. text. in l. 1. ff. ſi ager vect. Angel. in l. 1. §. 1. hac ſtipulatio ff. ſi cui plus quam per l. Falcid.*

Singulariter hac notetur.

Quo facto, quod menti, & intentioni dictæ, teſtatorum conveniat, juſtè præſtatur, nempè per maſculos, hæc præſtantiſsima bona, in familia, Laucumana, ſervantur.

Et per fœminas, de gradu, ad remotiſsimum peregrinum gradum, peſsime devolvuntur, diſsipantur, & omni diviſione admiſſa, à teſtatoribus prohibita, alienantur, & pernitioſe transferuntur, quibus

Mulieres bona ad alien. famil. transferunt.

quibus, ut occurratur, & ultimis voluntatibus proſpiciatur, ſanxere Iure conſulti, ut tali caſu, potius à verborum proprietate, ad ſervandam mentem, recedatur. Si à proprietate expreſſa multorum? quanto magis, unius tantum vocabuli **Bern**/ cumulati, hiſce **dier oldſt is**/ ambigui, dubii, ſive communis explicatione deſcēdendum erit? id teſtantur jura, & rationes ſuperius: Porro, ad demonſtrandum teſtatorem ne minimum quidem affectum honorandi, naſcituram dom. Sioucam habuiſſe, ex his apparet, dum (uti allegatum) viventem maſculum morituro maſculo ſubſtituerit, & ad conſervandam domus hujus gentilitiæ perpetuitatem naſcituros maſculos voluerit ſuccedere addit adverbium in æternum, & addit gradum Laucumanorum deſcendentium, qui poſteri, ex poſteriate Laucumna, maſculi eſſe debent, non fæminæ, quæ nuptæ tranſeunt, in aliorum, poſteritatem. Ergo naſcituram omnino denotatam videri, ne quidem fingi poteſt, quamvis illa quoque de Laucumana familia orta dicatur, Tamen in ſufficiens, ipſam familiam Laucumanam propagare, in qua ut in æternum, bona hæc, manerēt indiviſa. Loquitur enim teſtator valdè ſollicitus, de ſua, ſive fratris ſui Scheltonis & Sicconis fratrum Laucumanam familiam repreſentantium poſteritate, cui, per ductum uxoris Dominæ Sioucæ, adhuc viventi & ſuperſtiti, non poteſt, nec debet præjudicari, per Camſteranam familiam, & ſic, nullo modo naſcitura fæmella, uti mox dictum, quo ad huius digniſsimæ arcis perpetuitatem Laucumanam continuandam, defunctum teſtatorem, ſi in vivis extitiſſet, ut nullo remedio, in ſui amorem, trahere potuit,

Interrogatio ardua.

Indicia, & cōjectura teſtatoris.

Subſtituti poſteri, nō ex filia ſed proloquentis poſteritate naſcituri ſuccedere debent.

Mulieris derivatio. ſed magis exaſperare. Quoniam illa, tanquam muliebris perſona, à muliere, ſive mollicie, dicitur, ſecundum Varron. Cicero, pro Muren.

Mulierum imbecillitas. Mulieres omnes, propter infirmitatem: (nota) conſilii, majores, in tutorum poteſtate, eſſe voluerũt & ſic, cum nimio deſpectu, ſecundũ ſuperiora ubiq; quo ad perfunctionem minimi officii ſuſtinendam, aſſumitur nomen mulieris, à qua deſcendit verbum muliero, id eſt effæmino Iuſtin. Quæ non muliebriter hoſtium adventu perterrita, Cic. Tuſcul. ne quid objectè, nequid timidè, ne quid ignavè, nequid Serviliter: (nota) muliebritervè faciamus, in dolore, maxime providendum eſt, hinc deſcendunt diminutiva, muliebriter quod molliter effœminate: Item, elapſa infantia, poſtquam hæc Domina Sioucа, *Filia Laucumanorum calamitas,* nunc viventium Dominorum Laucumanorum manifeſta obtruſa calamitas, nupſiſſet, tantum uxor dicenda fuit, quæ traditur viro, ab omnibus illatis injuriis, oppreſsionibus defendenda & omniũ publicorum munerum incapax, in domeſtica cura, per dictum maritum gubernanda venit. Quæ deſcriptiones præſentes, & ſuperius allegatæ, & ad aliquam adhuc naſcituram, ſi extendantur, nemo tam rudis, & delirus erit, qui eandem Sioucam quamvis majorem natu, ſub vocabulo Bern/ fratri digniori, ſive filio à φυλυα dicto, tanquã verę pietatis pater næ effigiei, ſive maſculini ſeminis honorando exemplari, contra dictas defunctorum voluntates, animi & judicii viribus deſtitutam præferendam eſſe exiſtimabit, ne contrarium attentando, principia veriſsima negans, ſecundum dialecticos, ſe omni colloquio diſputandi

Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxoribus, equũ eſt expr. text. in §. patitur inſtit. de injur.

Digitized by Google

putandi indignum faciat, talemque ſe exhibeat qui magis carnalibus affectibus regeretur, quam jus, & juſticiam amare videretur.

Negari equidẽ non poteſt, teſtatorem, Dominũ Eponem, per factã æqualẽ bonorum aſſignationem fratris ſui, duas filias, Dominam Luciam, & Catharinam, non odio, ſed ſummo amore perſecutum fuiſſe, quas cum omnibus maſculis, ſive eorum totali poſteritate, per totum extincta, ad hoc arcis legatum tandem vocaverit, & ſic, vivente maſculina ſobolæ, illas excluſerit, & ideo multo magis fœminam hanc D. Sioucam à Laucuma, non dilectam, aut in lucem editam naſcituram, autem remotiori gradu affinitatis, poſt mortem dicti teſtatoris extituram, excluſiſſe judicandus ſit & cenſendus. (a

Maximũ vitium C. de lib. prat. nõ cauſatur jus primogenituræ ergo

a) Soc. Iunior. conſ. 181. nu 34. vol. 2 conſ. 110. nu. 24. conſ, 124 nu. 36, vol. 3. l. qui fundum §. qui filius ff. ad l. falcidiam l. publius §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.

Deinde, ex teſtamento patet, fratris ſeniorem filium, primo inſtitutum, juniorem fratrem, ſorori Catharinæ ſeniori prælatum, priori fratri ſubſtitutum fuiſſe, excluſis hiſce duabus ſororibus, quamvis uti dictum, majoribus annis, & ideo ſequitur, ipsũ teſtatorem; maſculinitatis excellentiam, ſive præſtãtiam cogitaſſe, & per conſequens, hoc ſuo apertiſsimo facto, maſculos Antiſtites Dominos, ſive poſſeſſores, præ fæminis, huic arci, cum annexis, in æternum, hoc eſt, donec exiſterent maſculi, præficiendos eſſe voluiſſe. (b.

Vnicum hoc teſtatoris factum, violẽtium per vocab. Beriu maſculum deſignat.

Digitized by Google

b) Ad jur ſuper ubique alleg, & Guid Pap. deciſion. 148. idem Socin. conſ. 168 per totum volum. 2.

Notentur hæc omnes nugas Cãſteranas abſorbentia.

Quod apertiſsimum & conſpicuum unicum teſtatoris, cum cæteris concurrens factum, veram fideicommiſſi ſpeciem gignit. (a

a) Iuxt. Alexandr. conſ. 53. nu. 12. lib. 6. Curt. Iun. conſ. 21. nu. 11. Cravett. conſ. 180. nu. 1. Hipp. conſ. 21. nu. 24. vol. 1. Fran. Barſ. conſ. 227. nu. 6.

Ad quid alias verba hæc: **ende ſoo int eeuwich/ inde delgaēde graed alleene 'thebbē/** ad quid alias, **ſonder deelſchap daer van te dwaen etc.** quæ perinde intelligenda ſunt, ac ſi teſtator dixiſſet, volo, ut bona mea, hæc gentilitia caſtri Laucumani, in mea familia, apud maſculos maneant, idque in æternum quorum verborum vires fideicommiſsi, verum judicium operantur (b

Notatu digna.

b) L. codicillis §. instituto ibi. gloſſ. in verb. filiis ſuis ff. de legat 2. Bart. in l. peto §. fratre nu. 2. d. tit, Bald. in l. quoties 8. nu. de fideicom.

Maximè, ſi Scheltonis primi, ſive ſenioris præcepta, ulterius ponderentur, quibus cavetur ne hæc & illa argentea cornua, magna vaſa, aliique calices alienentur ſed perpetuo Laucumanæ Domui adhæreant, nemo fideicommiſsi dicti authoritatem, negabit. Si nunc fœmina arriperet hanc domū, tam eandem, quam inalienabilia ſplendida cornua, alioſque precioſiſſimos antiquos dictos calices nuptura, in aliam familiam violenter in deſpectum demortuorum transferret. Præterea ex prioribus Eponis à Laucuma præfixis mandatis apparet, quibuſdam bonis amicis ſpecialiter, hæc & illa graminata legata,

Aureorum cornuum calicum, aliorū monumētorū mentio.

Periculoſa & deteſtanda alienatio.

Digitized by Google

legata, vel donata eſſe, quæ licet à defuncto relicta, ab hæredibus præſtanda, in dominium accipientis tranſeant, adeo tamen contra naturam legati, in favorem Laucumanæ domus eſſe reſtricta, & ligata, ne illa quamvis uti dictum, ipſis ſint propria, nemini niſi Domino, & poſſeſſori, ſub certo limitato precio, & non pro arbitrio, quanti eſtimari poſſint, vendant: Iuxt. hæc Item hy beſpreect etc.

Domus Antiſtitis.

Quæ verba ſpeculo clariora & manifeſta, ſolos Laucumanos complectuntur & famellas, per hæc: hy ende hem belieft. *excludunt.*

Paulo poſt addit: niet te vercoopẽ/ dan de Poſſeſſor (nota) van Laucuma ſoo hy 'thebben wil/ die Pondemate niet hooger te gheven (nota) als vijftyen enckel guldens.

Rei publicæ, familia, cuius teſtator meminit, appellatione etiam fœminam contineri verum quidem eſt, reſpecta naturalis amoris ab inteſtato militantis. Sed quando de conſervatione familiæ, per communia vocabulo cura, & ſollicitudines inteſtamentis exprimuntur, tunc prolis ſenioris voce filiam non contineri explorato jure conſtitutum eſt juxta hæc Germania, & us ubiq; allegata præſtans jura.

Alio loco: Item Sicco/ Lucie zoon/ toe Winaldum beſpreeckt hy ofte gift om goeds willen een uſufruckt/ ofte ghebruyck/ ſoo langhe als hy levet/ van de Sate/ daer hy op woont/ende daer toe vier Pondematen ſaed-landt/ in Poppema goedt/ niet te verkæpien dan (nota) de Poſſeſſor van Laucuma/ indient (nota) hem believet/ de Pondematen niet hoogher te gheveu dan voor vijfthien (nota) enckel gulden.

Quid quæſo apertiùs à quolibet teſtatore, in perpetui ſui ſtemmatis gloriam, præmitti potuit? quam hic Dominus Epo à Laucuma, ad huius gentilitiæ domus æternitatem, per ſolos maſculos conſervandam, tam reſpectu argenteorum cornuum, vaſorum, & calicum, tanquam familiæ antiquiſsimorũ monumentorum, quam ſpecialiter, & pure in diverſorum aliis prælegatorum recuperationem, commo-

Idcirco, ſecundum conformes voluntates Laucumanorũ viventiũ honoratoria incluſio eſt neceſſaria aliarum familiarum, tanquam aliena, cõtra pręceptum divinum, & injuſtiſſimè ſitientium, atque improbe ambientium, excluſio [a] duarum, in vivis ſororum exiſtentium poſt poſitione, ac aliis ſuperius diverſis rationibus, id abſque ulla contradictione, operantibus. Quia uti mox dictum, præcioſiſſima aurea hæc vaſa, & cornua, fœcundiſſimique antiqui calices, poſſeſſori Laucumano, idque in æternum, & non Cãſterano, Heringano, Botniano, Hancamano, huic vel alterius, etiam regii, ſtemmatis oriundo, deputantur, & ſtrictiſsimè, prædicta legata, ex condemnatione hujus perſpicaciſsimi teſtatoris, in notoriam domus hujus antiquæ Laucumanæ meliorationem, ac adhærentium jugerum augmentationem, ordinantur, cujus ſubſiſtentiam, filia, ſive fœmella repreſentare cum nequeat, quæ nubens, quod ſæpius dictum eſt, paternam ſtirpem mutet, imo ſuo futuro marito, in poſſeſsionem regenda caſtiganda, & temperanda detur, quo facto, matrona nominetur, à matris nomine, non jam adepto, ſed cum ſpe, atque omine, mox adipiſcendi, (a

a. l. cum prætor ff. de jud. l. ex eo ff. de. teſtib. l, quæſitum §. idem reſpondit ff. de ſund. inſtr l. in poſſeſsionum. §, 1. ff. quib. ex cauſ. in poſs. eat. & in decret. 25. diſtin. c. quaelis & vice verſa quod in uno cõceditur in aliis negatur. l maritus, C. de procur. l. qui labeo de comp. & ſolut.

a) Vid. Aul. Gell. lib. 18, c. b.

Quamobrem, hæc Domina Siouca, nupta Hummero à Camſtera, tam proprii Patris Domini Scheltonis, quam hujus Domini Eponis à Laucuma teſtatoris perſonis poſtpoſitis, Camſteranam familiam

Parentes tã filiis, quam filiabus theſauriſant, & communi naturæ voto erga illas ducuntur, ut utriſq; benefaciunt l. cum ratio de bon. damnat, Sed iidem parentes nobiles, qui bona illuſtria virtute ſua, ab avorum avis ac quiſiverunt, & ſtemma ſuum, cum Deo vigere, & florere cupiunt, adgnationi & familiæ per adjecta die oldest is, *præ fœminis invigilare creduntur, idque etiam juri divino conſentaneum eſſe ſatis ubique probavimus.*

K respicit

reſpicit, quam liberi, præſentes minores Rei, qui ex ea nati ſunt, non Laucumanam ſequuntur. (a

a) Iuxt. expreſſ. text. in §. 1. inſtit. de legit. agnat. tut. & l. cum legitimè ff de ſtat. homin. l. familia de verb. ſign.

Id ipſum perpendens Iuſtineanus, de Patria poteſtate ſermonem habiturus, ait.

Qui autem ex filia tua naſcuntur in Poteſtate tua non ſunt, ſed in Patris eorum. (b

b) Quia filia liberos in ſua poteſtate non habet §. fæmina de adopt. l. illud §. ad teſtamenta de honor. poſſeſſ. cont tabul.

Ergo ſi Camſterani, quod ex familia Laucumana ſanguinis ſplendorem non habeant, nomine defunctæ ſuæ aviæ, nulla ratione, per adjectionem vocabuli **Bern**/ ad hanc arcem deputatæ, nihil prætendere poſſunt, cujus præfectura, ſecundum omnia ſuperiora hic Dominus Impetrans, gaudere debet, utpote, per poſtrema hæc ſæpius repetita, **eene van die oir bern/ die daer bequaemſt toe is/** majori natu annis, attamẽ viliori, in capacori, deteriori &imbecilliori, clarius luce prelatus, provectus aut ad minimum, nunc præferendus judicabitur, & à quovis exiſtimabitur. Quod ex unius familiæ gubernatione, primus reipublicę gradus conſtituatur, nihilque aliud domus, quam parva reſpublica, nec, aliud Pater familias, quam exiguæ civitatis regulus habeatur, qui, ſi in adminiſtratione rei domeſticæ, honeſtum ſui, ſpecimen præbuerit, bona ſpes eſt fore, ut publica optimè curet, hinc, ad majora reipublicæ munia, committendus, quod in familiari adminiſtra-

Digitized by Google

adminiſtratione, minora cum laude geſſerit. (b

b) Vid. Eraſm. Rotter. in paraphr, ſup prior epiſt. ad Timot. c. 3.

Quæ non de fœmellis dicuntur, ſed ipſis maſculis, viris, & hominibus, qui, ſuis uxoribus, ſecundum ſacram ſcripturam, honorandi onera domeſtica perferre, & ſic iiſdem in hiſce caſibus ſemper & ubique prævalere debent.

Ne ſi aliter fieret, omnium Teſtamentariarum clauſularum apertiſsimę deſtructiones, & omnium Doctorum virorum concordiſsimis calculis contrariæ, frivolę, imo pueriles & ſtultiſsimę omniaque jura violantes opiniones naſcerentur, quibus minimè admittendis præcautum eſt, tali caſu, uti ſuperius edoctum eſt, commune hoc vocabulum Stern/ſecundum ſubjectam materiam [a] ſcilicet dignitatem, ſive Laucumanæ familiæ perpetuitatem, hiſce diverſis teſtamentis ſummo honore expreſſam, intelligi oportere, ne, admiſſa aliqua adulterina, ſive à ſubjecta hac materia peregrinante explicatione, dicta voluntas Domini teſtatoris, doloſè, & peſsimè ſubmergatur, & violentis practicis peſſundetur, quæ tanquam regina, & dominatrix, licet conjecturata, [b] multo magis, notoria, manifeſta, & aperta, etiam pluribus verbis propriam ſignificationem habentibus reſpuendis, tanquam ſacroſancta ſervari, & ſalvari debet, in cujus ſingulariſsimum favorem, Imperatores inclinantes loquuntur. Nos enim non verbis, ſed ipſis rebus (id eſt ſenſũ, [c] nõ verba ſpectavimus) leges impoſuimus, [d] quæ in propoſito, in cõ-

a) Iuxt. text in l. ſi uno in princ. ff. locat. & in l. ſi ſtipulatus ff. de uſur. text. in l. ſi inſulã ff. de preſcript. verb. Bart. in l. ſciendũ nu. 3. ff. qui ſatis cogunt Alexand. cõſil. 179. nu. 12 vol. 2.

b) Conjecturata voluntas verbis expreſſis preferenda.

c) De de di lib toll. l. 1. ff. de adim. legat l. 3. §. codit. quæ res pign. oblig. poſſ. l, fin. & ſup de lib. præt. l, 3.

d) vid expreſſ. text. in l. omne verbũ §. nos enim C. comm, de legat.

 firmationem

Leges maſculinitatē proſpicientes repetuntur.

firmationem priorum, excluſionem omnium fœmellarum, & maſculorum perpetuam ſucceſsionem ſitientes, ex diverſis ſuperius allegatis factis ſubſtitutionibus & à Deo Optimo Maximo afflictis demortuorum viduis, & miſeratione dignis impuberibus arcis hujus inſcriptis inhibitionibus, adeò reſultant, & teſtatorum ultimas voluntates manifeſtant, ne vivente ullo maſculo, illæ,* ad Dominam Sioucam, nullo modo, trahi, rapi, aut violenter decurvari, aut declinari, nequeant, quod hujus majorennitas, ſive prioris partus productio, duobus modis, conſiderari poſsit.

** Scilicet leges.*

Majorennitas duobus modis examinanda.

Primo, an fœminarum mentio, aliquo modo, ut ſecundum ſuperius diſputata minimè, in prioribus, ſubſtitutionibus præſumi, altero, an illa Domina Siouca, vivente teſtatore, nondum nata, ſed viribus paternis ad huc involuta, ſub maſculorum ſubſtitutorum, præcipuè verè, numero honorandorum, ſecundum aliquam particulam voluntatis teſtatoris, exiſtimata dici queat.

Primi enodatio.

Quantum ad primum attinet, omnibus ex diverſis Teſtamentis innoteſcit, ſæpius nominatos teſtatores, ſeniorem Dominum Scheltonem, & filium Eponem à Laucumana, dictos viventes maſculos, præ naſcituris maſculis vocaſſe, vocatos quoque excluſis ſenioribus fœminis, per vices ſucceſſiſſe, & bona hujus ampliſsimæ arcis, nunc inaudito modo injuſtiſsimè litigioſa reddita, ad extremum vitæ diem, honorabiliter poſſediſſe, quo tempore, hanc dominam Sioucam, uti dictum, neque in lucem editam fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe, cum notorium ſit, propter præcedentes diverſas poſſeſſiones, neque agnitam, neque à teſtatore poſtea mortuo, minimè agnoſcendam, honoratam non videri, vel honorari potuiſſe, dicta maſculorum expreſſa prælatione, hoc operante & cauſante.

Secūdi modi probatio.

Id ipſum, ſecundo ſive altero modo, aut illam, ſub numero honorandorum, tunc temporis naſcendorum, minimè computari poſſe opinamur, dum conſtet, factam excluſionem duarum harum ſororũ. viventiũ, imo teſtatori proximiarũ, & chariſsimarũ nondũ natarũ, ſive naſcendarũ, & ſic longæ remotiorũ & inter extraneas §. cæteri 3. inſtit. de hæred. qualit & different. habendarũ, neceſſariã, quoq; excluſionem importare, & ſic eundem teſtatorẽ, maſculinitatis præſtantiam, excellentiam, dignitatem, & æternam memoriam, remota omni, in contrariũ diſputantium cavellatione, cogitaſſe, & ad poſteros, per verba hæc, **ende alſoo int eeuwich/ mde delgaende graed te duyren**/ ſucceſſorio titulo, continuandam voluiſſe, (a

Hæc enim expreſſa verba, Scheltoni à Laucuma, ejuſque poſteritati appoſita, nempè **int eeuwich te durien**/ excluſis omnibus fęminis, quamvis, per hoc, vel illud vocabulum ambiguum ſubintelligendis, perpetuæ prælationis maſculinę cauſam, & effectum, in noſtro hoc caſu, operari, & producere debent. (b

a) Vid. Paul Paris cõs. 4. nu. 38, part. 2. Tyber. Decian, reſp. 84 nu. 18, vol. 3. ſocin. in l. qui Romæ §. coheredes nu. 18. ff. de verb oblig. & cõs. 12. nu. 18. vol. 3. Phil. Corneus cõſil. 224. circa fin. vol. 3.

Verba **int eeuwich te durien**/ *non admittũt fæminas juxt. ex preſ. text in l. familiæ de verb. ſignif. ubi dicitur qui fines familiæ ſint.*

b Iuxt. text. in l. 1. ff. ſolut. matr. Paul. de caſtr. quẽ ad hoc retulit corn conſil. 263. col penult. & ult. Pariſ. conſil. 90. nu. 28.

Quorum, omnium virtute, deteſtandum, foret, nunc fœminam, neque viventibus maſculis, ad hoc ſeparatum arcis legatum minimè vocatam, vocan-

...ſſima illatio.

Logodædalus dicitur, qui verborũ venuſtatẽ nõ ſẽſuũ acumẽ cõſectatur, aut potius orationis cõcinnitatẽ, q̃ ſciẽtiarũ põdera p̃ſtare poteſt, loquẽdi peritus, civilium vero rerũ ignarꝰ vid. Budeũ ad l. jus civile de juſt & jur.

dam, aut honorandam, in omnium præcedentium legum, ac defunctorum voluntatum deſtructionem perverſè & malitioſè per verba hæc: **der oldſt is/** obtrudere, quod nulla ratione fieri debet. Quoniam poſita ſemel maſculinitatis ratione, aut qualitate, quod deinceps, verba communia, quæ alioquin, poſſint maſculos, aut fœminas comprehendere, maſculos ſolos denotent, & fœminas (nota) excludunt. (a

a) Iuxt. Bart. Caſtr. & Iaſon, in domini Impetrantis doctiſs. triplica allegatos idem Bart. Romul. in repetit. l. filius familias 114. §. Divi nu, 38. ff de legat. 1.

*★ Quia teſtator verſatur in maſculorum prælatione, quos per vocabulũ **Bern**/exprimens non à propoſito deflexit, ac unũ & idem eſt, ſi loco **Bern** vocabulo ſoon uſus fuiſſet cum per ſequentia maſculinitatis prærogativa ſpecificetur. Et ſic ſuo aperto facto plus, quã aliquibus verbis expreſſum eſſe conſtat. jux. text in l. ſi tamen §. ei qui ff. de ædilit. edict.*

Obmuteſcãt igitur, omnes Logodædali, aut ſi obmuteſcere nequeant, ad minimũ erubeſcãt, & palleſcãt, ſive cõſcientia illos premẽte, ingemiſcãt, quoties inſigni vitio male interpretandi, verba illa **der oldſt is**/ unico vocabulo **Bern**/ in maſculormu notoriam, & ex teſtamenti Eponis à Laucuma præcedentibus & ſubſequentibus declaratoriis elucentẽ prælationẽ adjecta, ad in dignam, diu poſt teſtatorem defunctũ natam fœmellam, dirigere, tentent, quibus majori honori exiſteret, quo jure conſulti viderentur, prædictis teſtamentis, hiſce diverſarum legum rationibus, ſuper ipſis maſculis, quibus omnibus mortuis, tantũ fœminis verſantibus acquieſcere, ne præcepta mandata, ordinata, & ſuccedendi leges, ſive ſacroſancta defunctorum judicia violent, & bona hæc gẽtilitia, per adverbia, ſemper & perpetuũ alienari. (b *Paris conſ. 92 nu. 37. vol. 2. Bart. in l. annua §. titi. ff. de ann. legat. Alexand. conſil. 43. col. 3. verſiculo præterea vol. 3. Ruinal. nu. 18. ſicut ergo voluit teſtator, illud legatum anni verſari, ſemper durare, pariter idem. de fideicommiſſo*

deicommiſſo dici debet &c. prohibita, ſed ipſi maſculinitati Laucumanæ excluſa omni fœmina, in æternum obligata,[c] extra gradum Schcltonis, omnibus aliis prælatum, ſive Laucumanam, minimè autem, tempore conditi teſtamenti Domino Eponi agnitam, aut cognitam, ſed potius, propter præſentem arcis Laucumanæ frivolam, & in honeſtam ambitionem Camſteranam odioſiſsimam ſtirpem, contra præceptum divinum *Exod. c. 20. & Paul. ad Roman. c. 7.* Aliena non concupiſces, omnemque ſacram diſpoſitionem, bonorum gentilitiorum conſervatricem, & veram amatricem, injuſtis ſubtilitatibus; aliiſque doloſis practicis, & depravatis mediis transferant, nullam recompenſationem à Deo Optimo Maximo inde percepturi, ſed horribile judicium ſibi imminere ſcient. Quilibet enim in re ſua, moderator eſt & arbiter[d] etiamſi rebus ſuis abutatur. Et juſtum eſt ſuæ cuique committere.[e] Ac iniquum (nota) foret, ingenius hominibus, non eſſe liberam voluntatem, diſponendi, de rebus ſuis, ad arbitrium[f] imo gravis injuria eſt, quæ inani honeſtatis colore velatur, non relinquere unicuiq; liberam facultatē diſponendi, de rebus.[g] Nihil ſiquidem eſt, quod magis hominibus debeatur, quā ut ſupremæ voluntatis, poſtquam aliud velle non poſsint, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium.[h] His in conſiderationem tractis, recteque ponderatis, quilibet judicialiter agens, perfacile percipit, quanto amore, legum conditores demortuorum ultimis voluntatibus proſpexerint. Et ideo, horum ſucceſſores, tanquam reformatę religionis

c) *ad jura ſuper allegat*

Ioſophat ad judices.

Non hominis exercebitis judicium, ſed Domini, & quodcunque judicaveritis in vos redundabit. ſit timor domini vobiſcū, & cum diligentia cuncta facite 2. paral. 19.

d) *l. in re mandata C. mandat.*

e) *l. ſed etſi lege §. conſuluit de pet. hæredit.*

f) *l. nemo exterus C. de iud.*

g) *l. 12. in fin, ſiquis à parent. fuer. manum.*

h) *l. avaū C. de cōtrah empt*

i) *Iuxt. l. 1. C. de ſacroſ. ſanct. eccleſ.*

onis Antiſtites & profeſſores, majori ardore, & cura eundem amorem, ſibi cordi exiſtere dignentur, ne ipſis, aut ſuis ſucceſſoribus, poſt fata, illud ipſum, imo grandius præter deſtinatam divinam æternam pœnam[b] contingat, quod vixoſorum, & ultimarū voluntatum oppreſſorum injuſtis, ac perverſis explicationibus, & gentilitiorum bonorum improbiſsimis alienationibus attentatum in ultum dimittant, quo omnis fraus, dolus, & injuria, ipſis defunctis ablata, & Chriſtianiſsime ſublata maneat, iiſque quoq; vitiis ſive juſticiæ abuſibus, nos purgemus, quibus alium deteriorem regentem, propter vicia privatum, & ad miſerabilem exulandi ſtatum reductum eſſe gloriamur.

b Vid. Amos. c. 9. Philip. Melancth. in locis Theologi.

Quam deteſtabile, & defunctis injurioſum, vivētibus autem Domino Georgio, & Sicconi fratribus à Laucuma, ad altas dignitates jam dudum, propter ſingulares ingeniorum, & innatarum virtutum dona promotis, & ſuæ patriæ, præcipuè verò, Laucumanæ, hac arce præſtanti, in perpetuum decorandæ, & ſecundum prædictorū anteceſſorum teſtantium dictas voluntates, honorandę propagandæ familiæ, viriſſimis ramis, & ſtipitibus, in tolerandum, & ęgere ferendum exiſtit, bona hæc avita, quibus tanto immemoriali tempore, majores, ab omni interitu pepercerunt, nunc in alienam familiam Camſteranā, neque ullius gratiæ, amicitiæ, affinitatis, cognationis, aut agnationis intuitu, demortuis ullo ſive aliquo tempore, in vivis exiſtentibus cognitā, ſed potius, ſi fieri potuiſſet, propter hanc frivolam apprehendendi fœtoſam machi nationem, ipſi Rhamnuſiæ

Ægre ferēdum, & dolenter admittendum eſt, videre familiæ mutatricem ſub unius tantum vocabuli fuco multa teſtamēta ſubvertere.

ſiæ, devovendam, per cõmune hoc vocabulũ **Bern**/ tam ex præcedentibus, quam teſtamenti ſequentibus correctoriis pendens, & ſic ipſam maſculinitatẽ amplectens, malitioſe rapere & alienis uſibus ſuperbiſsimis, in deſpectum Laucumanorum à quibus uti dictum, profluxerunt, adijcere, quo illicito, atque omnium terrarum ſtatuta impugnante facto, ipſis ſepulchris, ubique in jure, in familiarum laudem, & gloriam, ſpecialiter privilegiatis, imo quaſi, à ſanctis Patriarchis benedictis, hic Dominus Impetrans, miſerrime, & lachrimoſe quamvis injuſtiſſime & peſſime nudatus ſpoliaretur, & ſub prætextu, unici dicti vocabuli **Bern**/ amarulenter, removeretur.

Rhamanuſia eſt Dea ultionis.

Omnium gentium ſtatuta violarentur, ſi tã perſpicuũ teſtamentum ad fœminã, hoc caſu directum eſſe intelligeretur.

Vnde non exiguæ lachrymæ, gemitus, ſuſpiria voces flebiles, aliæque querelæ ſi fieri poſſet, demortuorum dolenter excitarentur, & ſuper hiſce temerariis conatibus Camſteranis, acerbiſsimas actiones inſtituerent, quæ nunc intermiſſæ, attamen fatales caſus procreabunt, niſi prudentiſsimi, judices nunc ſatis inſtructi, iis contraveniendo, id ſuper explicatione horum **der oldſt is**/ amplecti dignentur, quod actus, elocutiones, defunctorũ judicia, indicia, voluntates, præcedentia, & ſequentia verba, ubique maſculinitatẽ exprimẽtia, imo hæc bona gentilitia, propter diverſas, ſuper maſculis, & iis mortuis, tantum fæminis factas ſubſtitutiones, alienari prehibentia, ſtabiliat, *explanet. imo expreſſe confirmet Iuxt. l, quoties de reb. dub. l. quoties in ſtipulationibus de verb. obligat. l. ſemper in ſtipulationibus de reg. jur. l. Gallus § quidam recte de lib. & poſth. l. miles §. decem de re judic. c. Abbate de verb. ſignif. gloſſ. in l. & pater in princ. fam. erciſ.*

Demortuorũ ſuſpiria præſumendæ.

Bart.in l. Centurio verſiculo quæro ultimo, quod ſi dixerit, de vulgar. & pupill. Hemm. Gode. conſil.4. nu.11. & conſil.55. nu.24. & conſil.101.nu.5. Tyraq. in l. ſi unquam ſuper verbis donatione largitus nu.38. C. de revo- donat. quam id, quod violenter peſsimè injuſtiſſime & ex diametro, abſurdiſsime deſtruit, *cõtra maſcar d. de probat. vol. 2. concluſ.599. nu.11. poſt Cachr. Deciſ.76 nu.9. zaſ. conſil.15. nu.55. vol.1.* turbat revoluit, imo prorſus, in reprobum, omnique claræ opinioni diſſonum, & manifeſtis claris & dilucidiſſimis voluntatibus contrariantẽ ſensũ, torquet, quo tanto cõmodius, rectius, & juſtius, quod Impetranti, ex teſtamẽtis ſuorum majorum competit, per judicialem calculum tribuatur, juri ac juſticiæ inſerviatur, & ſecũdum reipublicæ intereſſe, defunctorum voluntates præſentes, ex diverſis teſtamentis profluentem verũ exitum ſortiantur, nempe, excluſo fæmineo, extrinſecam, ſive alienam familiam ſequẽti fructu, maſculum, hunc dominum Georgium à Laucuma verum & juſtiſsimum hujus, in perpetuũ inalienabilis facti caſtri dominum, poſſeſſorẽ, & propugnatorem, agnoſcant, conſtituant, & ordinent, & donec vivat, retineant, poſt cuius mortem,* talem, eligant & repetant, qui virtute eorundem Teſtamentorum, eodem modo ligitimus Dominus, poſſeſſor, & familię Laucumanæ antiſtes dicendus erit.

Defunctorũ voluntates ſecundũ reip. intereſſe, potius defendẽda, quã ſupprimendæ erint.

* *Quæſtio ſi quæ et minime, poſt mortem Im. etrãtis, emerſura foret, non debet, nec poteſt. in præjudicium harũ legum, & diverſorum teſtamento ũ à Camſteranis, in propoſito extraneis & aliã famil. præſentãtibus in ſubſidiũ allegari, cũ judex, ne quidẽ ex officio, in detrimẽtũ alterius, ſuper nondũ nata actione deſtecti ſed præſentibus actis & probationibus cõdemnãdo, vel abſolvẽdo, ſe accõmodare debet, ne litem ſuã facere dicatur.*

Hoc ſi fiat, ſecundum Salamonis proverbia cap. 6 ſex, quæ Deus Optimus Maximus odio proſequitur evitabuntur, & ſeptimum, quod anima ejus deteſtatur, excludetur, nimirum, oculi ſublimes, lingva mẽdax, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor

machinans

machinans cogitationes peſsimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferens mendacia teſtis,& fallax,& is qui ſéminat,inter fratres diſcordias:Hæc, ſub verborum involucris , allegorice potius proponere, quam,ut apertis explicationibus, omnibus, & cuilibet indicare volui, ad hoc, ut impius , invidus, & iniquus,ex illorum intellectu, anſam calumniãdi, ſive iraſcendi,non arriperet, ſed illi, qui ſenſus exercitatos, *Paul. ad Hebræ cap. 5. in fin.* ad diſcretionem boni pariter, & mali habent, genuinum illorum intellectum, prælucente ſpriritu divino, perciperent, ab exemplo Chriſti,qui,ne divina præſagia,profano vulgo obvia redderet, ubique tecte & ſecrete *Math. cap. 13. Eſai.c. 6. Marc c.q.Lucas c. 8. Ioan.c.12. Actor c.18. Rom 11, Luc.10.* locutus invenitur,dicens, ut ſi quis aures,ad audiendum haberet, quæ dicerentur, ab ipſo, auſcultaret.

Diſcordiæ autem,& altercationes,in præſentibus teſtamentis ſerio prohibitæ , nunc pro dolor ſuper unico vocabulo **Bern /** contra omnia allegata præſtantiſsima jura, & manifeſtiſsimas demortuorũ voluntates,per fidè nihilominus ſeminantur,& perituri lucri gratia,iuhumaniſme ſperguntur, quas ſecundum Salamonẽ, Honoranda ſuprema Phriſiorũ doctiſsimis viris ſcatens Curia,quo citius eo melius, ne huiuſmodi injuſtiſsimis,ac futiliſsimis cavillationibus, in hac reformata republica optima,per totum orbem terrarum,tam apud probos,quam improbos gubernatores virtutum, aliarumque dignitatum ratione,celeberrima *Iuxt. hoc diſtich. Friſia frees reſonat, romana voce timorem. Quod virtute ſua, terra tremẽda* *Teſtamenta oppugnantur inhumaniſsime.* *Curia provincialis Phriſiæ*

quantum ad ſucceſsionem ſive primum membrum huius exceptionis attinet, duobus modis bona hæreditaria, ad hæredes neceſſarios, domeſticos, ſive ſuos, & extraneos, ſcilicet ab inteſtato, vel ex teſtamēto tranſmitti ad jura notiſsima.

Ex teſtamēto, vel ab inteſtato, trāſferuntur bona.

Primo caſu verum eſt, quod objicitur *Iuxt. text. in l. in ſuis de lib. & poſth & §. in teſtatorum inſtit. de hæred. qual. & different text. in l. ſui autem inſtit. dict. tit. de hæred. q. & diff. l. maximum vitium d. ff. de lib. præter.* ſecundo autem, quando ſcilicet in teſtamenti authoritate verſamur, nullo modo, quod per conſuetudinem patriæ, & æqualem ſucceſsionem fæminarū, & maſculorum, non auferatur alicui teſtandi facultas, proviſio enim hominis, tollit proviſionem legis, & aliam qualitatem producit, quæ addita vel detracta cauſæ, jus in continenti mutat *Iuxt. text in l. hoc legatum de legat. 3. l. ſi ſciens de contrah. emt. Bart. ad l. denunciaſſe §. quid tamen nu. 5. ad l. Iul. de adult. l. 1. §. ſi quis l. idem juris in princ. verſ. hac differentia de verb. oblig. & vid. Reorum confeſsione artic. 365 in duplicis expreſſam reviſione pendentis.* Nunc ad rem, ſi qualitas addita, vel detracta rei, alterationem juxta hæc allegata jura, & confeſſionem Reorum operetur, & cauſa inteſtati, & teſtati, confundi nequeant: Profecto, in propoſito, ęqualis admiſsio fæmellarum cum filiis ab inteſtato locum ſibi vendicans, ad præſens ſtatutum teſtamentarium declinari nequit, ne teſtamentorum jura violentur, & funditus evertantur. Et ideo, ſecundum, varias ipſarum legum allegationes, & ex iiſdem emanantibus authoritatibus, ſuper ſecundo themate probavimus, diſputationes,

Æqualis mulierū ſucceſsio teſtandi facultatē non dimmuit, neque alicui aufert.

N B. Quaeſteranorum propriam cōfeſsionem, 365. duplic.

Teſtati, cum inteſtati cauſa, confundi non debet.

ex teſtamento dependentes, non ſecundũ verborũ ꝓprietates verũ ſecundum defunctorũ claras, imo conjecturandas voluntates eſſe determinãdas, propterea quod ex mente, ſenſu, & intentione Domini Eponis à Laucuma profecta maſculinitatis prælatio, utpote manifeſta veritas unici vocabuli Bern/ falſiſsimæ, reprobę &, ubi de cõſervatione agnaticarnm ędiũ agitur, improbę explicationi, ac Cãſteranę, opinioni per totũ derogabit, utpote prę mẽdaciis inſpiciẽda *Iuxt. Bar. in l 15. qui putat. nu. 3. ff. de acquir. hered.* & hoc caſu teſtamentario ab avorũ avis repetito, omnes ſiniſtras & ſibi invicem contrarias, & diſſonas vixoſorũ advocatorum ſuper fæmellę violenta incluſione, ubiq; diſſeminatas pueriles, inhoneſtas, & dammatas oblocutiones, per totũ ad abiiſſum uſque deprimere, & detruncare debet ne, contra naturam, per eaſdem ſuper æternitate Laucumana, propaganda & ſæpius repetita, mulieri maſculina qualitas, doloſe & inhumaniſſime, videatur infundi, contra Bartoli ſentent. in *l. ancillam. nu. 1. ff. pro ſuo.* Quo facto, & horrendum monſtrum, ſe proderet, unumquemque tam ipſius naturæ, violatorem, juris & juſticiæ tranſgreſſorem, divini verbi prævaricatorem, quam Grammaticarũ regularum conſtructionum notorium perturbatorẽ perageret, cujus abhorrendæ maculæ nota, ut quilibet ſe exoneret, juxt. Dominum Fabium, omnem juris quæſtionem, aut in verborũ proprietate, aut æqui diſputatione, aut voluntatis conjectura contineri lib. 12. affirmantem, nos accommodemus, & regulemus, cogitantes, ad inquirendam veram, vocabuli Bern/ explicationem, ad ipſorum teſtatorum emiſſas maſculinitatis prælationes, rationali, & morali philoſophia

Intentio cõmunis vobuli Bern/ aut partus ſequentia turbanti explicationi prævalebit.

philoſophia nobis prælucēte, auth. Budæ *in pandect. fol. 8. Plat. in Crati* eſſe deſcendendū, & omnino, abſurdiſsime generali prędicto unico vocabulo ꝑ pręcedentia, & ſequentia, expreſſe ipſis maſculis clarius luce, attributo, non innitendum, ſive contra conſcientiam humanam mentem, audacter, quo Bruta animalia ſuperemus, inhærendum dum cauſa teſtati in favorem filiorum fieri debeat interpretatio contra jus commune *Bart. in conſ. 170. nu. 3. l. ſi ita ſcriptum de manu. teſtat. l. hac cōſultiſsima §. ex imperfecto l. de teſtam. & l. fin. C. cum. utriuſque judic.* Nihil itaque militat in propoſio hæc abſurda, & peregrina frivola exceptio, quæ apud omnes, præſertim garrulos, indoctos, vafros, & meiis affectibus prægnantes, tantæ exiſtit authoritatis, quaſi Dominus Impetrās diverſorum teſtamentorum viribus fulcitus, æque in juſtiſsimam cauſam habere non ſolum dici, ſed ab ōnibus, etiam extrajudicialiter, ſuis avitis ſplendidis divitiis ſive familiæ Laucumanæ, in perpetuum ſapientiſsime originū ſervatoribus dedicatis ornamētis, nudari debeat, Iura autem teſtamentorum aliud diſponunt, quibus rectè enucleatis, obloquentibus honorificentius foret tacere, quam ſtultiſsimē, conſuetudine Patriæ, legibus, ab inteſtato ſucceſſuris, ordinatis, gannire & inſtar equorum hinnire, quibus ignotum vulgus, quamvis ſeducatur, & bonorū virorum animi dubii efficiantur, & judicia eorum obſcurentur, tamen melius ſētientes, hiſce ſiniſtris clamoribus, ad Impetrantis læſum jus, nunc doloroſe uti dictum ſuppreſſum, inſtar palmæ reſurgendum tanto melius inclinatum iri non dubitatur: Cujus rei gratia, & antea diſputata, & deducta, paucis repe-

Indocti, æmuli, & ignorantes condemnāt Impetr. & deſpectis teſtamentorum contextibus & viribus ineptiſsime judicant.

remus, quo tanto melius, hæc objecto, tria membra continens, in nihilum redigatur, ſive funditus in aquam, inconſtantiſsimam diſſolvatur Iuris eſt apertiſsimi unumquemque juri pro ſeſe introducto renunciare l. in conſcribendo C. de epiſc. & cler. Et huic conſuetudini, ſive Iuri municipali locum præcludere, & rebus ſuis, pro arbitrio talem legem imponere poſſe, qualis ſibi perplaceat etiam ſi rebus ſuis *Iuxt. alleg. l. in re mandata, & mandat l. ſed etſi §. conſulvit, de petit. hæred. l. nemo exterus C. de Iudæ. &c.* abutatur. Quod privilegium, ingenius hominibus catenus eſt conceſſum, quatenus juri publico nõ præjudicet, & omnes turpes, & inhoneſtas conditiones ſive ordinationes excludet, quæ non admittũtur, & inſertæ, nullius momenti habentur *text. in l. conditiones quæ contra & l. quidam in ſuo de condit. & demonſtr.*

Camſteraminirum in modũ ſuperbiunt, æquali fæminea ſuccesſione, ipſis ſecundum Patriæ conſuetudinẽ juri civili derogantẽ magis contraria a) l. de quib. ff. de legib. l. 6. ff. quod cujuſq; univerſ nom. l. venditor. 13. §. ſi cõſtat. ff. cõ. præd. l. ſẽper 5. §. leg. ff. de jur. minim. argũ. l. nil. tam natura. le 25. d, R., l. l. prout 30. de ſolut. quo alludit. Ariſt. dũ lib. pol. 5. c. ult. dicit. plus valere, & in rebus majoris momenti verſari leges, moribus cõprobatas, quã ſcriptas, Vid. don. lib. 1. cap. 10 § ex nõ ſcripto inſtit. de jur. natur. gent. & civil Oldend. in pr. claſſ, & cent. in l. 2. l. quæ ſit, long. conſuet, ergo

Nunc ad rem: conſuetudo Patriæ, requirit, & vocat filios & filias ex utroque parente tantum natos, & natas, non ulterius, ſecundum juris civilis diſpoſitionem abſq; ullo diſcrimine, pariter, ad patris matris, avi, & aviæ bona ab inteſtato (nota) relicta, hac tamen reſtrictione conſuetudinaria, quotidie obſervata, & ubique obſervanda, ut ſenior filius, interceſſione, propinquorum, ſi dignus judicetur, ſi inops mentis, eo dignior, excluſis omnibus ſororibus, ſive filiabus, ad gentilitiam domum, tam inter nobiles quam hæreditarios admittatur: Quod adeo obtinet, ut ſi diutius ex cõjugibus vivens, vereatur, illam cõſuetudinem, inter pariter ſucceſſuros, & ſucceſſuras authoritatibus proximiorũ adgnatorum reſpuendis,

non

non admiſſum iri, ſuo teſtamento fieri debere, ſcilicet illam, irrevocabiliter admittendam fore procurās dum Domicella quædam, nobile prędium in Pago Mantigum, a linea Hoxweriana, ad Galamanos, per ductum uxoris proveniens, unico ſuo filio Galeno à Galama, nullo maritali authoritate, quamvis commiſſa, æque in familiæ perpetuitatē, ſuapte ſpōte inſcripſit, reliquos liberos, ad talis prælegati approbationem, ſub privatione maternorum conſtringat, & cōdemnat, quod ipſum licet de jure non ſubſiſtat, nimirum, ut mater huic conſuetudini, à defuncto marito nullo teſtamento approbatæ, parere liberos conſtringere, * dum illos in poteſtate non habeat, vel ſub amiſsione maternorum, ut paternis prælegatis renuncient, condemnare nequeat, quemadmodū ſufficienter his, in calce addito ſecundo reſponſo, luce clarius probatum eſſe oſtenditur: Tamen, hi factum maternum præſtare minimè obligati, ad hoc uſque tempus grandia prælegata, famil. exciſc. judicio, quamvis ad repetendo juſtiſsime, & ſummis rationibus armati, non repetierunt, ſed pacifici, hoc momento, à Patre chariſsimo neglecto, & matre, aliorum inſtinctu, ordinato facto, pro tempore, per initam bonorum proviſionalem diviſionē acquieſcunt. Quę patientia, profecto, conſuetudinē pręallegatam, ſcilicet perpętuitatē gentilitiæ domus, per filios continuandam, etiam, abſente omni teſtamento inter Proceres Patriæ obſervandam, ſtabilit & confirmat. Hi autem qui corporum hæredes non habēt, ſuas gentilitias ædes, non proximioribus fœmellis, ſed maſculis quamvis remotioribus donant, & quam avidiſsimè conſecrant, quòd adeo notoriū eſt, ut nul-

Maternum hoc factū de jure invalidum.

* *Nuſquam hæc pœna in jure reperitur*

Exempla diverſa, conſuetudinem Patria approbantia.

Digitized by Google

probatione indigeat, hinc nulla exceptio, contra hinc notorietatem. *text. in l. emtorem ff. de action. emt. l. ictus fuſtium, ff. de his qui notan. infam. text. in l. ſi vero §. 1. ff. qui ſatis cogun. l. ea quidem C. de accuſ. text. notab in § 1. in tit. qui ſunt rebel. & extravag.* admitti debet, Nonne Fokelia à Botnia, quondã Tyallingii à Botnia piæ memoriæ uxor, per ſuum teſtamentum, in approbationem hujus, ab inteſtato militantis conſuetudinis, gentilitiam domum, in Pago Weydum, nunc eandem poſsidenti, domino Sixto à Dekama legavit? à qua familia, nomine ſuæ defũctæ matris, Mariæ à Decama, idem caſtrũ, ipſi quõdam ab inteſtato, ſive jure ſanguinis, deficiente maſculina ſobole, obvenerat.

D. Sixtus à Decama.

Exemplorũ enumeratio.

Nonne Sixtus à Botnia, quondam ſatrapa in territorio Winibritzeradeel, nobile, & forte ſuum caſtrũ in Pago Neylandt, prope Bolſwardiam ſitum, & diverſis aliis prædiis, ultra centum graminata, ſeſe extendentibus, in familiæ gloriam amplificatum, præter juſtam, inſuper cum filiabus reliquorum bonorũ coęqualem ſive competentem quotam filio eiuſdem nominis Sixto à Botnia participandam, ante triennium ni fallor demortuo prælegavit? ab eodem omnes ſuas filias Domicellam Hiſſam à Botnia, quondam nobiliſsimo viro Serapio à Galama, Chiliarcho animoſiſsimo nuptã, ejuſque ſororẽ, Helenã, in Chriſto, ob religionis profeſsionẽ demortuo Suffrido à Beyma deſponſatã, excluſit? Nonne Iulius à Botnia quõdã militię Phriſiacę generalis cẽſor, hęroicas ſuas ædes Franequeræ extructas, in perpetuũ, ſeniori ſucceſſuro maſculo, cum excluſione omniũ fęmellarum in familiæ ſplendorem, per teſtamẽtum prælegavit?

Serapius à Galama, quondam ſatrapa Phriſiæ.

Generoſus Botnia ædes in perpetuũ maſculinitati oblegat ſuæ.

Siriacus

Siriacus à Donia tempore regio, quondam Satrapa, eodem modo, nobile prædium in vico Oiſterenda ſitùm, in perpetuum maſculinitati deſtinavit? quòd poſtremo quidam Siriacus à Donia poſſedit, qui ante paucos menſes in ipſis nuptiis cum ſpōſa ſua chariſsima demortuus, poſt ſeſe nullos filios ſed filias reliquit, quę, virtute diſpoſitionū majorum, bonis, à patre quamvis poſſeſsis, ſuapte ſponte, abſque ullius judicii figura renunciaverunt, & ſecundū præſcriptum patriæ moremmaſculo Doniano, ni fallor Horatio nomine, tradiderunt. *Senior Donia quond. regius Satrapa.* *Filiæ Doniana cedunt liti.*

Quorum veſtigia, & omnibus quodāmodo phriſiocam ſuper bonis gentilitiis conſervandis approbatam, & quaſi innatam conſuetudinem, Bauca, & Tetta, ex hac ſtirpe Botniana oriundæ ſorores, cum conſenſu ſuorum maritorum Gwilhelmi Vbbena, & Heſſeli à Botzma, in Wirdum, quod harum parens Dominus prænominatus Sixtus à Botnia, ſupina neglīgētia intermiſerat, nempè omnia bona, ab inteſtato pariter ad haſce filias, & filium tranſmiſerat, interceſsione propinquorum ſupplentes, nonne, nunc, unico ſuo fratri, Sixto à Botnia, quamvis cælibi, & ad bonorum augmētationem aliquomodo negligēti, æque, ſpe, ex ipſo procreandorum filiorum lactatæ, digniſsimū idem gentilitium ſplendidum nobile quaſi patriæ propugnaculum, cum adhærentibus graminatis, à dicto defuncto horum avo, ex teſtamēto obventum, ex mera gratia, affectione, & in hujus ferè extinctæ familiæ propagationem, eo uſque donec mater Tetta à Douma viveret, cederunt? hac opinione fretæ, in hujus ampliſsimi caſtri recōpen- *Liberalitas duarum ſororum, Botnianarum.*

ſationem, ex maternis devolvendis, ipſis aliquo modo donata, recompenſatum iri.

Liberalitas judicialiter retractanda petitur.

Quæ ſororũ, ab ſuis reſpective maritis, & authoritate Curiæ Provincialis approbata & edita Liberalitas, poſtea, propter quotidianam hujus donatarii fratris exercitatam ingratitudinem, coram honorifice prædicta Curia, in diſputationem, ut cauſaretur, judicialiter tracta fuit, Reus ſummæ ingratitudinis, omnes donationes quāvis perfectiſsimas, etiam juramento confirmatas retractantis, accuſatus, ac ejuſdem convincendus, accepto ſororum ſuarum libello ſeſe oppoſuit, & in conceſſæ domus gentilitiæ poſſeſsione, eo rejiciendo, ſe judicialiter confirmandũ eſſe ſuſtinuit.

Ardor Provincialis Curiæ erga nobiles maſculos familiarũ conſervatores judicialiter emiſſus.

D. Conſiliarij, auditis utriuſq; partibus quęrelis, ordinario proceſſu ſuſtinendo, non, ſed ſummario admiſſo, dorſo exhibitę ſororum ſupplicationis, per ordinatum Secretarium, ſive graphiarium: Nihil loco ſententię pronũciandę, inſcribi juſſerunt, re & facto, hujus gentilitiæ domus, ſemel factam, in fratrẽ tranſlationem, nullo modo revocandam eſſe, ſignificantes, & demandantes: ſic ut hoc momento, lamentãtes hæ ſorores, pro æqualibus portionibus, ex graminatis tantum annualem aliquam penſionem, virtute liberalitatis, ſuper domus conceſsione factæ, percepturæ, & eadem domo, & dictis annexis jugeribus, præter intentionem carere cogantur, niſi frater hic Sixtus, contra Curiæ acceptum, decretũ, ipſis aliquid ex gratia largiatur, Nec præterire poſſum, quoſdam Phriſiorum principaliũ, erga ſtemmatis ſui perpetuitatem

Amor ab inteſtato in Phriſia militans.

perpetuitatem continuandam, hujus ardoris exiſtere, ut ſucceſſorem, ex alia familia natum,& ſibi ſanguine junctũ, ſub pœna privationis,in ſuo teſtamẽto, proprium gentilitiũ nomen relinquere,& honorantis, decumbentis,& ægrotantis, ſive morituri arripere, & ſeſe, & ſuis ſucceſſores, ſive prælegati grãdis participem futurum, eodem nominari, vocari, & honorari patiantur, ſerio conſtringant, quorũ exempla licet quam plurima,adduci poſſint, tamẽ unũ hoc noviter in omnium confirmationem contigit, in Boccone Humalda, qui ex præcepto Domini defuncti Caroli Sternſe non ſecundum ſuam familiã, ſed Sternſæ legata lucratur.

Deco ab Humalda, reliquit agnatitiũ, ſtemmatis nomen: q in Phriſia uſitatiſſimũ ab emtis prædiis obſervatur aliquãdo & ſecundum eadem nominantur.

Tantus favor, hic in Patria militat & erga filios partim ex teſtamentis, partim ex propinquorũ conſiliis, partim ex maternis minis,& præcipuè judiciũ authoritatibus,omnium maximus,ſupremus, & sũmus,excluſis filiabus,dominatur, ut mihi tædioſum ſit,diutius huic materiæ inhęrere Nullius igitur momenti,hęc objectio conſuetudinis,ſive æqualis filiarum, cum fratribus ſucceſsio, ipſis Reis magis cõtratraria[a] quam in aliquo puncto, quamvis ab inteſtato accommodabilis, habenda.

a) Vid lat. ſuper hoc Domini Impet. articulos replice 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311 cum multis aliis ſequentibus

Quorum omnium reſpectu, vocabulum commune hoc Erven/ ex ſenſu defuncti, & non ſecundũ literam, determinandum *Iuxt. not, & expreſſ text. in l. ſiquis filium C. de lib. præter.* & ſic ſuper, prælatis maſculis dominans, relativo more,ne dictæ conſtructiones grammaticales & omnium artium catenatæ vires, ridiculosè diſſolvantur, non in peregrinę alterius

Illatio ex præſuppoſitis notiſsimis.

rius familiæ deteſtandũ lucrũ, ſed Laucumanæ perpetuitatem clare directum, juxta conſuetudinem patriæ, invidia, & odio reſpuendis, excluſa fœmina, ad maſculum, ubique in teſtamentis: ut dictum: expreſſum, nominatum, & etiam viventibus fæmellis re, & facto, quanto magis ad uc naſcituris prælatum, proficiſcatur.

Quod uni conceditur alteri non denegabitur.

Ne, quod uni à Curia præſtantiſsima judicialiter, & ubique à proceribus Patriæ, licet parentibus inteſtatis mortuis, ex ſingularibus proviſionibus, circa unum & idem, ſcilicet gentilitiarum ædium, continuandarum notiſsima privilegia cõcedatur, & adjudicetur, contra omnium legum ſacratũ [a] diſpoſitiones, & præſentium teſtamentorum ſuccedẽdi legem ſolum maſculũ ſitientẽ, alteri injuſtiſſime denegetur.

a) nu. 27.

b) articulo 390. 306. & 205. & multis alijs locis Prætenſ. duplicarum, in p. reviſionis exhibitarum & ſingulariter articulo 485.

Maximè vel ab hoc, ſic ubiq; ſuper maſculorũ amore, in patria, non autem ſuper fœminarum æquali ſucceſſione, quatenus rei perverſe allegẽt, [b] nempè conſuetudinem, tam caſu teſtati quam inteſtati, plerumq; obſervari, dominus Impetrans ſeprobaturũ, ubique in actis obtulerit, Reorum autem cavillationibus non attentis, prudentiſſima Curia ſuo interloquio dominum Impetrantem, ad hanc allegatam conſuetudinem, verificandum admiſerit.

Curia provincialis Phriſiæ Dõ. Impetrantẽ ad probandam conſuetudinem admittit erg. ex re judicata, erit probationibus obligata ne inutiliter interlocuta præſumatur.

Quæ, ex informationibus, ante ſententiam à qua productis, tam clarè, perſpicuè, & manifeſtè, ſecundum præſuppoſita diverſa exempla, ac omnium fere principalium nobilium arcium per fideicommiſſa, ipſis familiis unde devenerunt, obligatiſſima eſt probata, ut nulla exceptio, propter ejus notorietatem,

Digitized by Google

torietatem, eidem conſuetudini *text. in l. emtorem ff. de action. emt. l. ictus. fuſtium. ff. de his qui not. in fam. text, in l. ſi vero §. 1. ff. qui ſatis cogunt. l. ea quidem C. de accuſ. text. notab. in §. qui ſunt rebell. & c. cum. mult. aliis ſuper alleg.* objici poſſit.

Hoc ut firmius oſtendatur, ſcire convenit, neminē eſſe ad probandum admittendum, quando probata non relevabunt, *Iuxt. l. vulgus l. ad probationem C. de probat.* Hinc articulos impertinentes, ſive irrelevantes eſſe rejiciendos, ſive minimè admittēdos, ne cum clauſula quidem ſalvo jure impertinentium, & non admittendorum. *text. in l. ſi duo patroni §. idem Iulianus ff. de Iure jur. Decius conſil. 162. nu. 1. incip. in conſ. qua agitur & conſil. 517. nu. 1. in ſententia.* *Propoſitio.*

Iudex enim, alias litem faceret ſuam *gloſ. ſingul. in c. cum contingat in verb. nihilominus de off. deleg.* Et ideo ex officio articulos irrelevātes rejicere debet, ut libellum ineptum, *Specul. tit. de poſit. §. 10. nu. 1.*

Dominus Impetrans Georgius à Laucuma, eſt ad probandum, hanc conſuetudinem admiſſus, ergo propter probatam, propoſitionem, & aſſumtionem, concluſio,* ſcilicet probata conſuetudo, ſolum maſculos, excluſis fœminis, ad gentilitiam domum, vocans, omnes Reorum nugas, & pueriles ineptiſſimas diſputationes, & ſuper unico vocabulo Bern/ excogitatas & falſiſsimas contrarias intepretationes, adeo diluit, devorat, & deglubit, ne fæminæ, ſecundum aliquam rationem, contra diverſa Laucumanorum defunctorum teſtamenta, extantibus maſculis ad excludendam, alienationem, & diviſionem ad hanc ar- *Aſſumtio.* ** Vera concluſio.*

cem, in Sexbierum fundatam, extructam, melioratam, & Laucumanę familię honorem, exiſtimationem, præeminentiam & dignitatem repreſentantem, ſuccedendi locus ne quidem fingi queat, ne honorandæ curiæ ad probandum admiſſio, & ex ea ſecuta probata probatio deludantur, irrideantur, & pernitioſè violentur, quod nulla ratione fieri debet.

Intereſt Præſtantiſſimæ provincialis curiæ ſecundũ probatam patriæ conſuetudinẽ fœmellã poſtponere.

Dum ipſe Imperator, ex tali ad probandũ facta admiſſione, ſecutaque probata probatione reſultans, & nunc acquiſitum jus auferre nequeat *text. in l. etſi poſt. ſiquis caut. l. 2. C. de in jus. vocand. ub. gloſ. in verb. concedi. ubi Bald. nu. 3. Ias. nu. 1. & comm. Dd. Bar. Bald. in l. 1. in fin. ff. ſiquis jus dicenti non obtemp.* Verſentur itaque & maneant hujus juris beneficio, gentilitiæ ædes, ſive principalia familiæ monumenta, apud homines, nempè maſculos, ex muliere, tanquã virilis ſeminis nutrice natos, & ab iis fæminæ, ſecũdum Phriſiacam, & falſo in contrarium à Reis allegatam, tam ab inteſtato demortuis, & eorum ſucceſſoribus, per quotidianam, & diutinam approbationem, *argum. l. hæredes palam §. ſi quid poſt. ff. de teſtã. Alba. conſil 51 num. 18 & vid. lat. doctiſsima monitoria Domini Impetrant. ad articulum duplicarum in p. revisionis 485 Reorum.* quam teſtatis chariſsimam, & acceptiſsimam ſuccedendi conſuetudinem, inſtar legis habendam ad evitandam omnem odioſiſsimã alienationem, excluſæ, & ſegregatæ exiſtant, quo defunctis dominis Laucumanis, injurioſa hæc omnia teſtamentorum jura impugnans Camſterana deteſtanda arcis hujus detentio, juſta judicis expandenda, regia manu, pro admiſſæ invaſionis qualitate,

Vocabulum Wern, ſecundum hæc, cõſuetudini cõformem explicationem ſortiri oportet.

in

in patriæ, & omnium familiarum ſecuritatem, honorem, & laudem, per dictos maſculos ſolos, exercendam, in exemplum, ſimiliter alienis bonis inhiantium ſeveriſſime vindicetur, quo ſacra ſcriptura, filios, præ filiabus, ad derelictam hæreditatem vocans, *num. c. 27. verſ. 8.* 9. 10. *& 11.* rectiſſime obſervetur.

Secundum membrum prioris exceptionis continet per adjectionem vocabuli **Bern/** & fæminam, in Phriſia, denotari poſſe, quod quidem verum eſt, in ſuis limitatis terminis, verum in propoſito caſu teſtamentario minime, quemadmodum ſuperius diverſi mode documius, & hic, in priorum confirmationem paucis docebimus.

In ſuperius allegata *l. ſiquis filium C. de lib.* præter, hæc verba poſita inveniuntur: verborum interpretatio nuſquam (nota) tantum valeat, ut melior ſenſu exiſtat: monitoria ad hanc legem directa, ſic habent Interpretatio, non debet fieri, ad literam, ſed ad ſenſum, quia ſenſus, verbis prævalet, ibidem alio modo dicitur: Vbi mens eſt certa, non curatur interpretatio, à mente aliena, cui adfine eſt, quod communis vocabuli, ſive duplicem ſenſum habentis explicationem non ſecundum literam, ſed per ſigna, argumenta, exempla judicia, præſumtiones & conjecturas indagare debeamus *Qintil. l. 1 c. 9.*

Ex his Imperatoris ordinationibus ac Domini Quintiliani judicio apparet, non verbo, aut unico vocabulo, ſed verbis multis & diverſis, ſenſum teſtatoris eſſe præferendum.

Prioris exceptionis ſecundi membri prob.

Proprio judicio ſuper cō muni vocabulo **Bern/** *non innitendum vid. Cicer. de invent. lib. 2. fol. 292. ſed per cognomē pronomen, nomen, & agnomen ruminandum l. 1 de poſth. hæred. inſt.*

VERBORUM INTERPRETATIO, *non erit ſenſu teſtatoris fortior.*

Teſtator enim non potuit ſcire longe poſt ejus mortē, exhonorato Scheltone fœminā hanc Siowcā naſcituram cujus nativitas, utpote extrinſeca eſt facti, dominorū teſtamentorū clauſulas. ſup maſculino more extēſas utpote juris impugnās poſtea orta cōcepto, & notorio ſēſui pre jud. nō debet

Laucumanorum, in honorandis, & præferendis maſculis cura conſueta.

Nunc ad rem: in propoſito Dominus Epo à Laucuma, ejuſque majores non inteſtati, ſed teſtati ante aliquot immemoriales annos inveniuntur, vitam, in mortem commutaſſe, & ſemper de gradu, ad gradum maſculinum, ſive eorum proſapiam, hoc præeminenti nobili prælegato arcis honoratam, & ſic re, & facto notorio, conſpicuo, & manifeſtiſsimò, fæmineum ſexum, extantibus maſculis, ab hoc arce, & tandem, in omnem defectum dictorum maſculorum, fæminas ſuccedere voluiſſe, hoc ſic eſſe, indicant verba prædicti Dom. Eponis teſtamenti: **Item tot allen tyden** Schelto, quibus poſtea, in eodem teſtamento vocabulum hoc **Bern**/ & hæc **der aldſt is**/ addita inveniuntur. Quorum Scheltonis liberorum major nata filia domina Siouca per dictũ vocabulum **Bern**/ à teſtatore nullo modo honorata videri poteſt, quamvis illud tam fœmellam, quam maſculum ſecundum Phriſiacum Stylum, comprehendat *Iuxt. expreſsã confeſsionẽ Reorum, in duplica revisionis, artic, 481. clare expreſſam* ibidem hic teſtator, præferendo maſculos, etiam viventibus fæminis ſuam voluntatem ſatis manifeſtaverit, quæ manifeſta voluntas, per adjectionem **Bern**/ extantibus maſculis, ad fæminam licet uti dictum ſeniorem, dirigi nequit: Quid igitur faciendum?

Facto conſpicuo hic plus, quam ullis verbis exprimitur text, in c. dilecti elect, 2, de lection,

Inſufficiens fæminea nativitas, illa quæ juris sũt ſuper maſculis obſervanda, infringere non debet, ne optimo teſtatori curã maſculorum habenti, nũc mortuo fraus dolus, & circumventio inferatur.

Rei in ſua duplica, reviſionis art. 486. ſuſtinent vocabulum hoc **Bern**/ generaliter ſine diſcrimine intelligendum eſſe, id ipſum probant *l. de pretio ff. de pub. in rem action.* quaſi lex non dixtinxiſſet, & homines, non diſtingverent. O ſtultiſſimã, & reprobam intentionem advocatorum, nuper ex occulto

per

per ſepius nominatam, lege & ratione carentem imo impertinentibus, & invicem ſibi contrariis ſcatentem, & in cognito authore ex abrupto, inſtar mendici pallii conſarcinatam inſignitam & ante paucos dies ad fraudandum D. judicem luci emiſſam, & ab, exemplo circumcurrentium empiricorum, huic & illi, plateas calcanti, quaſi precario oblatam, uſque ad nauſeam inconſultiſſime, & futiliter exclamatam, & inſtar leviſſimi fumi perituri fallaciam detegentem anacephaleoſin.

Secundum hanc Reorũ confeſsionem Bern/nu eſt legis diſpoſitio.

Vocabulum **Bern**/ non eſt diſpoſitio legis, nec lex per idem diſtingvit, ſed eſt ambigua inventio ſive Phriſiacæ loquelæ nuda explanatio, ſive melius fallax conceptio humana, intentionem ſive loquentis ſenſum, cum aliis admoniculis vallata deponens, tam maſculum, quam fæminam complectens, *Iuxt. dictam confeſsionem Reorum art. 486 dupl. reviſion.*

Campſterana Anacephalaoſis incognito authore Baptizata falſitas ex hiſce colligitur.

Vel eſt maris & fæminæ concapax tantum Phriſiaca deſignandi formula, ſive ambigua & aliis adjunctis nuda, ſive deſtituta, nullam orationem integram invehens, unica expreſsio, non ſecundum hujus vel illius perverſam voluntatē, ſed proloquentis, (nota) aut diſponentis, aut contrahentis intentionem interpretanda, & judicanda.

Quia veritas, & intẽtio teſtatoris magis inſpicitur, quam talis fallacis vocabuli, propria ſignificatio Iuxt. Bart in l. 1 ſi qui putat. nu 3. de acquir. hæredit.

Hoc ſi inter viventes, ad amuſsim, & intellectualem ſenſum, in omnibus contractibus, quanto magis in teſtamentis ambigua, ſive communia verba adjecta, ſecundum intentionem, poſteritatem Laucumanam defendentem, mortui, amplius nolle nec vel-

le habentis obſervari debet? Vbi curioſitas verborum non, ſed id quod intentioni defuncti proximus exiſtit attenditur, [a] quemadmodum ſuperius latius, & in actoris doctiſsima replica reviſionis, ubique eſt deductum, & expreſsis legibus ſuperflue probatum *vid. articulos ejuſdem replicæ 358. 359. uſque ad artic. 394. & vid. l. cum pater §· donatio ff. de legat. 2.*

a) *Iuxt. al. leg. Bart. in l. 15. qui putat. nu. 3. de. aquir. hæred.*

Quorum omnium conſideratione, quaſi lex diſtinxiſſet, falſiſſimum eſt, teſtatorem, hoc nobile caſtrum, per adjectionem unici hujus vocabuli **Bern/** ad tunc temporis nondum uxorati, Scheltonis filiam per, hæc, **der oldſt is/** quemadmodum Rei in 205. 206. & 207. articulis duplicæ reviſionis nugentur, tranſmitti, ſed eodem vocabulo, maſculum, excluſa majori natu filia vocatum eſſe voluiſſe, mulier enim licet in vivis & ſic decrepitę ętatis exiſteret teſtatori, ſup Scheltonis poſteritate propagāda, ędibus defendendis, antiſtitis officio fungendo, cum ſimilibus non potuit placere, ergo in muliere ſenectutis ratio, toto cœlo diſſidens, ab Reis ineptiſſiè adducta, hoc caſu falſiſsimà, maximè, huic ſtultitiæ contraria & vera mens, & ſana ratio propagandæ familiæ Laucumanæ ex ſequentibus, & procedentibus teſtamenti verbis, non ex uno vocabulo excerpi & probari debet *juxt. l. quidam §. ſed hoc prius & ib. gloſ. ff. de condit. inſtit. l. 15. qui §. 1. & Divus ff. de tutor & curat. dat. ab his l. apud. Iulianum §. fin. & l. 4. §. 1. ff. de legat. 1.* ſed quid multa, ſecundum diverſa teſtamenta uti ſæpius & mox allegatum fuit, maſculus, demortuo maſculo invenitur ſubſtitutus alienatio, & arcis diviſio in eiſdem teſtamentis prohibitę conſpiciuntur

Per propriā confeſsionem rei confunduntur,

Digitized by Google

ſpiciuntur? æternitas Domino Schelconi à Laucuma, aſſignatur: & tandem maſculino gradui, per totum extincto, fæmellæ dictæ viventes Domicellæ Lucia aut Catharina ſubſtituuntur? Quarum poſtpoſitiones, vigente maſculina ſobole adhuc naſcituras fæmellas adeo excludunt, ut ne quidem, ulla in contrarium præſumtio admitti poſſit, quæ proferentem omnis inſcitiæ & apertæ calumniæ reum denotaret: verba enim ſequentia hæc, peſſimè in diſputationem, contra genuinum ſenſum tracta, **daar nep Schelto Bern/ der oldſt is/** ſi fæminam comprehenderent Scheltonis, poſteritas per ſolos, maſculos propaganda, majorum monumentis ſpoliaretur, ipſa diviſio & alienatio prohibitæ, contra teſtatoris intentionem inveherentur, quia, uti dictum per fœminas bona avita, extra familiam, ex qua venerunt, per nuptum transferuntur, per maſculos autem in familia ſervantur, quæ familia Lancumana, in propoſito, per Scheltoni inſcriptam æternitatem, à teſtatore præpoſita cenſebitur, alias enim verba illa in æternum **te durien/** ſine effectu exiſterent, quod fieri non poteſt, nec [a] debet.

Sceltonis poſteritas ſi perpetuari debeat, vocabulũ Bern, *neceſſario maſculum ſitit. & non fæminam.*

a] Soc. jun. conſil. 99. nu. 15. lib. 1. & conſil. 85. nu. 15. vol. 3. Corn. conſil. 138, nu. 8. vol 4. Paris conſil. 1. nu. 45. lib. 3. argum. l. quando ff. de legat. 1. Laſ. cõſil. 184 nu. 14, vol. 2, Zaſ. conſ. 15. nu. 50. lib. 2,

Et quamvis hic Dominus Schelto honoratus, ntpote ex generatione ortus, corruptioni ſubjectus, in æternum vivere non poſſit, neque potuerit, dum per mortem, jam dudum in terram unde deſumtus fuit, reſolutus exiſtat.

Tamen, ejus maſculini fructus, per eundem procreati, loco continuandæ familiæ, ſecundum intentionem teſtatoris ſunt intelligendi, & non fæmel-

Facti, eſt nativitas, maſculina prælatio eſt juris

Digitized by Google

læ, propriæ familiæ propagandæ viribus, & potentiis carentes, dum utpote nobiles nuptæ ruſtico, nobilitatem amittant, & acquiſita privilegia deponant, ſecundum jura, ſuper primo themate allegata, ergo nativitas ſenioris prolis Sioucæ, quæ facti eſt, non poteſt omnia præcedentia, quę juris ſunt infringere & in nihilum, inaniter diſſolvere.

NBene. Advocati non erubeſcunt, feminã in virum transſformare, idq́; ꝑ falſilſsimam explicationem unius vocabuli Bern/ *& ſic Dei judicio, ſeſe immiſcere, quod fieret ſi ad propagandã familiã mulier obtruderetur.*

Nunc ſi fæmina ad hanc arcem ſenior, virtute vocabuli Bern/ irrepſerit profecto ſecundum ſtultiſsimam Reorum advocatorum intentionem, prædictã propagandę familię filiis à Deo Optimo Maximo infuſam præpotentiam, contra naturam, fœminis attribuere, & Dei demortuorum judicia, propter deteſtandum periturum lucrum everterent, qualis deſtructio, & confuſio inde naſceretur, cuivis judicandum relinquitur, immemores idem advocati propriæ factæ judicialis confeſsionis, ante ſentent. à qua, in exhibitis quadruplicis art. 353. allegatæ, dicentes munerum prohibitionem, fæminis, propter ſexus fragilitatem, partim propter verecundiam illatam eſſe, Vnde * nunc contrariũ ſuſtinentes, & eaſdem fœminas tantarum ædium adminiſtratione aliorumque privilegiorum exercitiis remotas [a] & per diverſa teſtamenta, in æternum maſculis inſcriptis remotas, obtrudere molientes, graviter peccant, & principia juris ſe ignorare demonſtrant Dum illorum allegatæ leges, quibus tenebroſiſsimum ſuum errorem defendere ſtudent, minimè, in caſu præſenti teſtamentario, ſed inteſtati loquantur, ubi una cum fratribus, ſcilicet ab inteſtato filię ad hæreditatem parentum, patrui, vel amitæ, amoris, & benevolentiæ intuitu

a) Iuxt. l. fæminæ de reg. jur. l. regula. ff. de. jur. & fact. ignor. l. 2. § ſecũdo loco ff. de poſ.

** Hic Reorũ Anacephalæoſis per propriam cõfeſſionem in aperta mẽdacia, cõtraria & in compatebilia diſsolvitur & ideo ſi eãdẽ celaſſent majoribus ignorantiis ſe abundare, publicatum non fuiſſet.*

intuitu pariter ſuccedunt *Iuxt. l. ſi patronus ff. de conform. tutor. l. nemo. ff, de hæred. inſt. l. maximum vitium C. de lib præter. l. lege duodecim tabularum C. de legit. ſucceſſ. & novell, de ſucceſſ ab inteſt* & vocabulum **Bern**/ per ſpecialitatem fæmineam additam explicatum, expreſſa vel tacitæ inſtitutam aut dicto modo inteſtati fæmellam, cum maſculo admittit, nullo modo, ex teſtamẽtis vide latius Rcorum conſeſſ. in quadrup. dictis art. *354.* expreſſam, ibique hoc modo progredientes: Cæterum, quo ad hæreditates, una cum maſculis vocentur amoris, & benevolentiæ eſt. Qualis amor & benevolentia erga hanc Dominam Sioucam vivente teſtatore, nondum natam ſubeſſe potuit? certe ne umbra aut ſcintilla ejuſdem, quibus, quoad lucrandum hoc prælegatum, & dictæ viventes fratris ſui filiæ exiſtentibus maſculis gaudere non potuerunt, ergo, nec ipſa nondum nata, ne una, & eadem defunctorum, ſuper viventibus fæminis, tanto magis, adhuc naſcitura, & incognita muliere excludendi ratio, perverſum & contrarium effectum operetur.

Ineptiſſimũ argumẽtum Camſterarum.

Nec movet, in contrarium, ipſum Dominum Impetrantem, eodem modo, vivente teſtatore, in rerum natura nondum extitiſſe, & ſic ab exemplo ſororis ſuæ ſenioris prolis, neque amari, neque aliqua benevolentia tractari potuiſſe.

Quoniam, ille amor reſpectu, naſcendarum fæminarum, nullo modo, ſed maſculorum naſcendorum, & natorum oritur, per quos [a] ſervatur familia & ſic cauſa, ſcilicet maſculinitatis ratio, loco effectus

a) L. 1. §. ſed etſi ſervus verſ. publice intereſt. ff. de vent. inſpic, ubi gloß addit, in agnatis, et ideo cum tantum modo per maſculos familia ſervetur ſeu perpetuatur idque non ordinate ſine divitiis & facultatibus novel. cõſtit, de teſtib §. ſancimus l, pietatis ff, de ſuſpect, tutor l, creditores ff de privil. credit,

ctus procreandi, nempe familię propagandæ, Teſtatorem commovit, fæminas viventes, & ſic tanto magis adhuc naſcituras, viventibus maſculis, & naſcituris poſtponere, quatenus ſuperius prolixius.

Nunc ſi hæc poſitio unius vocabuli **Bern**/ dictæ fæminæ applicaretur, nonne diverſæ priores, & ſecutæ ipſis maſculis inſcriptæ ſubſtitutiones contrarium effectum nempè familiæ transformationē Laucumanæ, bonorum transſlationem, & perpetuam teſtatoribus odioſiſſimam, & ſic prohibitam alienationem, uti ſæpius dictum eſt, producerent? Et diverſa teſtamenta funditus & dolenter everterentur? quæ per verba, **int eeuwich inde delgaende graet te durien**/ demortuo naſciturum filium, benevolentia & amore erga hanc familiam expanſo, id operante, vocant, & requirunt, præterea omnia quę agunt ad finem aliquem tendunt alioqui ſine fine & progreſſus & appetitus efficeretur inanis, ergo primo, præferendo maſculos fæminis, defunctos D. Laucumanos, familiam ſuam, tanquam perpetuo duraturū finem ambiviſſe, eamq; hac arce, in perpetuum, cum viventium tanto magis adhuc naſcendarum mulierum, utpote extra dictum finem, ſive ſubiectam materiam conſtitutarum excluſione, honoratum iri voluiſſe.

Abſurditates magnæ p inclusionem fœmineam, contra ſensū teſtatoris emergerēt quæ extirpandæ, ne admiſſa fæmina, reliquæ ſequantur juxt. l. ratus C. de reſcind. vendit

Unde, ad præallegatæ benevolentiæ, ſive abinteſtato tantum oriundi amoris notitiam, relata Reorum contra diverſa teſtamenta, injuſtiſſima arcis Laucumanæ exercitata ambitio, in humanum oſtendit, quod injuſtum factum, ad ſiinceræ mentis judicium

Super teſtamentis Cāſterana u. ſitata oppugnatio inhumanitatem producit.

cium, directum ipſos contra naturalis veri amoris inclinationem, & ſuæ maternæ familiæ deſpectum inſidiari demonſtrat.

Amor & benevolentia itaque in propoſito, cum debeant militare, in favorem familiæ, erga natos, & adhuc naſcituros maſculos, ſequitur neceſſario, eundem, erga hanc Dominam Sioucā, uti ſępius dictum, teſtatoribus, nunquam cognitam, in præjudicium omnium teſtamentorum extendi non poſſe, utpote ex lege ſuccedendi dictis maſculis debitum, & ſic ab iiſdem inflexibilem, ſcilicet ad fæminas nullo modo torquendum. Ob hoc videlicet maximè, cum id, quod jus ſuitatis, filiis & filiabus, applicet a tantum ad patrem, & matrem, avum, & aviam nota ab inteſtato, non ad patruum magnum, Eponem à Laucuma, nulla ratione extendi queat, Quorum conſideratione, multoties repetita ſenioris partus, ſive unici vocabuli **Bern**/ à patruo magno facta poſitio, in omnium prædeceſſorum, & proprii teſtamenti præjudicium, ad hanc Dominam Sioucam dictam, utpote ejus poteſtati minimè ſubjectam, & tanquam veram quodammodo extraneam, nihil juris, ab inteſtato, viventibus duabus excluſis ſororibus Lucia, & Catharina, utpote gradu proximioribus, habentem, ſive natam, uti, minimè habituram, ſub prætextu amoris ſive favoris, ab inteſtato tantum corporis hæredibus debiti, trahi, ſive in hujus fœtoſum commodum, & familiæ Laucumanæ deſpectum, rapi non debet, ne, illa ſenioris partus expreſſio, dictorum teſtamentorum præcedentibus & ſequentibus articulis, & periodis, ubique ipſam maſ-

a) Iuxt. rerum allegationes & expreſſ. text. in l. lege duodecim tabularum C. de leg. hæred. et l. in maximũ vitium C. de lib. præt.

Notabilia & ipſos Caſteranos ad abſurdum redigentia.

culinitatem denotantibus, eandem reiterantibus, diſſona, & contraria reddatur, & ſic in honeſta, reproba, falſa & ab omni ratione abhorrentia, procreare videatur, hinc quæ, ad conſervandas demortuorum voluntates non poſſimus, poſſe non cenſeamur *l. filius de condit. inſtit. l. nepos. de verb ſignif. l. veſtis §. veſtimenta de aur. & argen. legat. l. penult. de furt. l. 3. & 4. ff. quib. ex cauſ. maj. non licet.*

Quin imo, lex noſtrum fieri, ex commoditate *d. l. nepos* metitur, qua honeſtas & boni mores reſultant, & poſſe noſtrum limitatur.

Quæ commoditas quæſo, & honeſtas emergeret? ſi nominatio prolis ſenioris, in media ſtructura facta, ubi maſculinitas principatum, circa hanc familiæ conſervationem obtinet, contra teſtamentum ſenioris Scheltonis, ante centum annos demortui, & hujus patrui magni Eponis à Laucuma, nulloſque corporis hæredes, poſt ſeſe relinquentis, & ſic querelæ inofficioſi expertis, ad fæminam, tunc temporis, propter defectum vitæ, prælegati, aut alicujus particulæ, hujus Eponis hæreditatis, tanquam meram extraneam, incapacem dirigeretur? nonne grandem abſurditatem, iniquitatem, illud moliendo, ſuſtinendo & impetrando Rei committerent? Quæ tanquam illicita, in prædeceſſoris Domini Dicti Scheltonis à Laucuma teſtamenti ſubverſionem, huic Eponi ſi voluiſſet, ut nullo modo, ſive potius detrimentum teſtari non permittitur *l. 1. C. de Iudæ l. collegium C. de hæredib. & in l. cum Senatus ff. de reb. dub.* quanto minus adjectio vocabuli Betn/ in maſculorum

Applicatio irrefutabilis

lorum promotionem, per hæc Der oldist is/ directa, tantum caſu inteſtati, aut ubi, defunctus filios & filias, in poteſtate habuerit, perverſa hac advocatorum interpretatione, contra ſumma perſpicuitate firmiſſimè factum teſtamentum dicti Eponis, abſque aſſignatione legitimæ, honoratos maſculos, multo magis adhuc poſt mortem ſuam naſcituram fæminam, & ſic incognitam, ex hæredare valentis, explicari poſſit? ac debeat? id teſtantur, diverſa allegata jura, & inviolabiles rationes: Vnde mota lex, quod huic materiæ conſonat, ait, in omnibus quidem, maximè in jure, æquitas ſpectanda eſt. *Iuxt. text. in l. in omnibus ff. de reg. jur. l. placuit. C. de Iudic. l. quod ſi Epheſi. §. in ſumma de eo quod cert. lo. l. & præpoſteri. C. de teſtam. capienda occaſio eſt de reg. jur. ſi præſes de pæn. l. inter pares de re judic. l. in diem §, ſi plures de arbitr. l. Dominus teſtamento de condit. in deb. l. ſemper in dubiis & l. ſi nihil de reg. jur.*

Cujus acquirendæ, & in propoſito, amplectendæ amore quæſo ducamur, ut generale, hoc vocabulum Bern/ propter præcedentia & ſequentia, defuncti teſtatoris, quondam in vivis, demortui ſui Domini parentis teſtamento, ne bona, hæc alienaret conſtricti, verba, ipſam maſculinitatem, tam tacitè, quam expreſsè, exprimẽs, * eatenus ad ſpecialitatẽ, uti dictum, à teſtatore dicto, factum fuit, trahamus ad filium, ne poſteritas Laucumana, ſummo honore, in teſtamentis habita, doloſè, peſſimè & ſumma iniquitate, ſuffocetur, & per frivolam muliebris perſonæ obtruſionem, contra divinam, & humanam ſcripturam, per tranſlationem hujus arcis Camſte-

** Dominus Alciat. Præſtantiſſimus jure cõs ad l. 1. nu. 5. in fin. ff. de verb. ſignif. expreſſe affirmat primo naſcituræ proli uti in propoſito datũ caſtrum, non ad filiam, quãvis majorem natũ, ſed ad filium pertinere debere, cum hoc aut tale, fæminis extantibus maſculis, donari nõ cõſuetum ſit.*

rana peregrina familia, injuſtis mediis, id moliente, per totum, contra defunctorum perſpicuas, & claras voluntates, è medio, injuſtiſſime tollatur, ſive ejus memoria, propter dictam Camſteranam ambitionem, exſtinguatur, quam improbè, hoc actum eſſe dicetur, ſuper probatione tertii thematis, latiùs, ſummis rationibus, ad probandam Reorum notoriam turpitudinem, explanabimus: quid multa? tantũ abeſt, ut nullo modo falſiſſima Reorum unici vocabuli **Wern**/ explicatione per totum rejicienda, fœmina hoc caſtrum, quaſi maſculo ſuo defuncto patri Domino Scheltoni diceretur ſubſtituta, poſt ſeſe juniorem natu fratrem, jure primogenituræ, excludens, accupari poſſit, verum is, qui id fieri poſſe, ſuſtinere non erubeſcit, pro aperto calumniatore, & omnium inimicitiarum, imo ab utraque parte, factarum expenſarum, principali authore * ſit notandus, Hoc ut inſuper paucis deducatur, ſciendum eſt, ſuperius eſſe edoctum, nullum omnio verbum vel vocabulum in teſtamentis otioſum, vel ſine ſignificatione eſſe poſſe. *Bald, in rubr. cõtr. deemt. in 9. quæſt. Corn. conſ. 126. 2. col. in 1. volum. Tyraquel. de utroque retract. §. 1. gloſ. 2. nu. 24. & 25. lib. 2. Tyber. Decian. reſpon. 52, nu. 28. in 1. vol. & reſpons. 45. nu. 17. in 2. vol. text. in l. ſi quando ff. de legat. 1. l. ſi ſtipulatus ff. de uſur. & l. 1. in fin. ad Municip. l. quoties de reb. dub. & l. Gallus §. 1. ff. de libe. & poſthum.* Nunc ad materiam negari non poteſt, quemadmodũ ſæpius repetitum eſt, teſtatores ante immemoriales annos, maſculinitatis rationẽ habuiſſe, & ubiq; maſculum maſculo ſubſtituiſſe, & ideo tam Scheltonẽ à Laucuma, quã per vocabulũ **Wern**/ intelligendum virum ſive maſculum

NB. Duæ qualitates cõtrariæ, non poſſunt eſſe in eodem ſubjecto nempè potentia cõſervanda & occaſio mutandæ familiæ vid. Bart. ad l. ſi ancillam nu. 1. ff. pro ſuo.

** Calumniatis & fraudaptis, unum atque alterũ verbum excipere, & reliqua dimittere,*

culum oportere eſſe. *vid. dict. Alciat. ad l. 1. nu. 5. in fin. ff. de verb. ſignif.* ne verba ſequentia, contra haſce apertas leges, ſine effectu reddantur, aut hæc, eñ ſoo int eewich inde delgaende graed/ ſuo verò ſenſu deſtituantur, quod fieret, ſi fæmina, ſub in volucro hujus vocabuli Bern/ ſe immiſceret, contra naturam ſive naturalem rationem, à teſtatoribus, nempè propagandi familiam Laucumanam, ipſis maſculis inſcriptum, & à Deo Optimo Maximo ordinatum opus ſubiret, indeque ordinatio divina, per hanc incluſionem muliebrem, ſecundum Reorum perverſas intentiones, violaretur, nempè maſculus tanquam imago divina, hoc caſu, in mulierem tranſformaretur, quod abſurdiſsimũ, imo quaſi deteſtandum, ut evitetur, & verbis hiſce, ende alſoo int eewich inde delgaende graed/ Item ofte Schelto in ſijn poſteriteyt ende naecomelinghen etc. debita operatio relinquatur, nimirum, ſecundum, juſſa ac mandata teſtatorum vocabulum illud Bern/ non obſtante eo, quod primo natus partus, filia extiterit, ad maſculum directum eſſe credatur, qui pariter, per vocabulum Bern/ rectiſsimè propter dicta ſubſequentia allegata claritatem maſculinam, & ſpecialitatem exprimentia, nominari potuit. *argum hæredes palam 21. § ſi quid poſt de teſtam.* Et ſic nihil obſtat quod hoc vocabulum Bern/ ſimulque filiam ſignificet. Quoniã, tali caſu, non ſtrictè, uti dictum, ad eandem natam, ſed ad talem illud vocabulum Bern/ trahendum erit, qui ſupplere poteſt id, quod teſtator expreſsis verbis fieri oportere juſſerit, nempè familiam Laucumanam propagare, ſive ſervare, quod ſolummodo, ſecũdum ſuperiora, per maſculos. *text. ex*

Surrogatus, ſuo ſurrogãti non diſſilis, erit, ne utriuſque ratio violetur: ad ſuper.

Digitized by Google

quam fæminam complectens, & ideo, talis jam, erit huic Caſtro à reliquis bonis ſeparato, præficiendus, qui idem in poſteritate Laucumanæ ſervare poteſt, non alienare, ſive ad peregrinam, aliam familiam devolvere, ad quid alias **alleene te hebben**? ad quid alias, **ſonder deelſchap daer van te dwaen**/ ad quid alias, **De Heere/ die poſſeſſor**/ in perſona, **ſal Laucuma bewenie**/cum ſimilibus: Habere enim eſt dominii, quæ verba **alleene te hebben**, denotat familiam Laucumanam, & excludunt Camſteranam, quod duo diverſi poſſeſſores, aut Domini, hoc caſu, ubi teſtator de ſua ſtirpè meditatur, eſſe non debent. *dum illud abſurdiſsimum dicatur, per Io. Fab. in §. ſui autem de hæred. qual. & differ. vid. Ioach. Minſing. à frundecb. obſer. 25.* alios remotiores, aut ex filia naſcituros, excludunt, idque virtute præallegatorum horum, **ende alſoo int eeuwich inde delgaende graed te durien**/ Qui perpetuus curſus, per hunc Dominum Impetrantem, aut alios, continuari poteſt, per natos ex fæmina malitioſè & peſsimè deſtruitur, Quare pereat potius una falſa hujus vocabuli **Bern**/ interpretatio, quam Laucumanorum teſtamentorum vires, & unitæ conjunctiones, ipſos maſculos, per præcedentia, media, ſequentia, & innumerabilia alia verba ſitientes, inhumaniſsimę diſſolvantur.

Maximè vel ab hoc, Rei, articulo *646.* ſuarum quadrupl. ante ſententiam à qua productarum aſſerunt, teſtatoris uſum loquendi, nulla lege (quanto minus communi vocabulo hoc) conſtitui, ſed ex ſola voluntate dependere, Quæ judicialis, & etiam *Camſterani ſibi ipſis contrarii.*

 in

in jure fundata Reorum confeſſio, nunc & anteà acceptata, tantum operatur, ut ſi ex incuria teſtamentarij, loco vocabuli, **Bern/ der oldſt is/** poſita fuiſſent, **der neẏ Schelto dochter die oldſt is/** æque filium, ſive maſculum, excluſa filia, à teſtatore vocatum fuiſſe, uti ſuperius mox dictum eſt, intelligi oporteret. Quare? quia voluntas juxt. propriam hanc confeſſionem, & omnia allegata jura, præ vocabulis, voluntatem dictam inpugnantibus, eſt inſpicienda, ſive à proprietate multorum verborum, ad conſervandum dictam voluntatem eſſe recedendum. *ad Iur. ſup. allegat.*

Hoc argumẽto proprio, Rei convincuntur, vocabulũ **Bern/** *fœminã hoc caſu ſignificare non poſſe.*

Vſus loquendi, Domini Scheltonis primi, ejuſque filii junioris Scheltonis, & præſentis D. Eponis reſpective ex inferius adjunctis teſtamentis, aliiſq; diverſis maſculorum ſubſtitutionibus factis, ſatis elucet, imo inſuper voluntas ex mox deductis verbis **ende alſo int eeuwich mde delgaende graed/ Poſteriteẏt van Schelto/ die Heere/ de Poſſeſſor/** cũ ſimilibus, non cõjecturatur, ſed lucè clariùs deprehenditur, capitur, & colligitur, hæc fuiſſe, ut Caſtrũ hoc cum ſuis annexis, in perpetuum, in poſteritate Scheltonis à Laucuma, excluſis omnibus fœmellis, donec maſculi ſuperſint, maneat, quæ omnia dictis fœmellis non conveniunt, utpote ſemel, per hujus arcis ſeparationem, excluſis. Nunc in propoſito, **de oudſte Dochter/** minimè, ſed tantum **Bern/** & pariter maſculum denotans, **die oudſt is/** ſecũdum ſtylum teſtamẽtarii fortaſſis adjectus, non poteſt vitiare defunctorum voluntates, ſed id debet operari, quòd præcedentia, & ſequentia jubeant, ne injuſta lege,

Manifeſta non poſſunt falſificari.

NB. **Dochter.**

lege, aut hac Reorum falſa interpretatione voluntas dicta, contra hanc confeſsionem, coarctetur, & in contrariū ſenſum, diſtorqueatur, quod fieret, ſi fœmina admitteretur ad ſuperiora.

Preterea idem Rei, ne hoc fieri, ſcilicet fæmina, in omnium deſtructionem admitti poſsit, & in ſequenti 647. articulo ſuarum quadruplicarum allegant, id in defunctorum voluntatibus prævalere, quod ultimum eſt, [a] & ex uſu perpendendum, quid ſolitus fuerit facere, & ex verbis colligendū eſſe, quid in poſterum [b] velit: Aurea ſane & Reos confundentia.

a) Iuxt l. ſub diverſis ff. de condit & demonſt. l. non ad ea eod. l. tutor. §. fin & l ſi hæreditas §. 1. ff, de teſtam. tut. & l clari C. de fideicom.

Profecto, ſi nihil aliud (uti maximè) Dominus Impetrans, contra abſurdiſsimam, ſuper unico vocabulo Bern/ ad excludendam ſuam ſororem explicationem haberet, quam haſce judiciales & etiam ipſis legibus confirmatas confeſsiones, ipſos Reos confunderet, ſcilicet eoſdem meræ contrarietatis, & deterrimæ, omnia teſtamentorum jura infringentis oblocutionis convinceret. Quoniam Reus ipſe, per hujuſmodi confeſsiones, dictæ ejus explicationi, licet ſecundum ſuperiora falſiſsimæ, diffidit, & planè renunciat, dum dicat, ex uſu perpendendum eſſe, quid ſolitus fuerit facere, & quid in poſterum velit.

b) Vid. expreſſ. Reorū confeſſ. articul. 648. ibidem, in quadruplicis.

N. Bene Reorum diffidentiā & propriam contrarietatem.

Illud facere, & illud velit, uti dictum poſteritas Scheltoni addita, & uſum conſuetum teſtatorum, excludendi fœminas, ſatis deſignant & ſuperiores

 diſcurſus

Digitized by Google

diſcurſus dilucide explicant, ad quod brevitatis ſtudio me refero.

Ad confundendos ipſos Reos, inſuper diſcutiamus nunc, quid ultimum à teſtatore dictum, hujus unici vocabuli **Bern/** explicationi adulterinæ, juxta dictam hanc confeſsionem, & in margine allegata jura, prævalere debeat, quo facto, tanto clarius ſuppreſſa teſtatoris voluntas, ex fovea mendacii, ad veritatis majeſtatem reſurget.

N.B. Camſteranas cõtrarietates, quibus ſemet ipſos jugelãt.

Dominus teſtator Epo à Laucuma, inter cætera prolata, ultimo, ſive poſteriori loco, aut teſtamenti contextu, prægreditur in hunc modũ, **ende hy wãverſtant van t'oudſte bern/ eene van d'oir bern/ dier bequaemſt toe is.**

Hæc verba quamvis in prioribus, ut mihi videatur, eſſe diſcuſſa. Tamen ut Rei tanto magis injuſtiſsimam intentionem, nullo jure ſtabilitam, expulſis nebulis, quibus ſcientes prudentes obcæcati cognoſcuntur, percipere queant, operepreciuim duxi, pauliſper, de ijſdem, ad teſtatoris clariorem voluntatem illuſtrandam, diſſerere, non in eum finem, ut ambagibus, & prolixitalibus, ſed genuino eorum ſenſu tanto commodius, in apertum producendo, delectari viderer.

Defunctorum conſuetudo.

Priori loco teſtator, Scheltoni ſuppoſuit, conſueto more, & uſu, vocabulum **Bern der aldſt is/** quaſi ſenior maſculus, junioribus ſcientia, validitate

tate, aptitudine, & rerum bene geſtarum notitia prævalens, hanc arcis prælegatę dignitatem illæſam contra quemvis, prioribus perturbatis bellicoſis, ſive infidis, & quodammodo rixoſis & horridis, nunc præſenti treuga pacatis temporibus, certiùs, fortiùs in familiæ honorem ſecuriùs, certiùs, aut melius cuſtodiret, & ſervaret. Quod vocabulum Bern/ ita ſecundum uſum teſtatoris intelligi oporteat ad ſuperfluum, per ſuperius deductas maſculorum ſubſtitutiones, aliaque addita poſteritatis Laucumanæ ſigna, ſatis manifeſtavimus, quibus omnibus non attentis, quaſi illud pariter fœminā ſignificaret, per verba ſequentia. dier aldſt is/ ad hanc Dominam Siouckam, per omne nefas, quaſi majorem natu, à dicto teſtatore fæmellam deputatam fuiſſe intelligeretur, traducere Rei attentaverunt, quatenus ubique, cum admiratione unicuique licet intelligere.

Hinc eodē modo, ab exemplo prę ſenti[a] quamvis injuſto Reorum, ſecundum judicialem hanc confeſsionem, poſt verba illa dier aldſt is/ hæc poſtrema prævalentia, Dominus Impetrans, in ſuum ſingulariſsimum uſum, & commodum ad excludendam fæminam licite uſurpare poteſt, hoc modo, quod per illa ofte by wan-verſtant van t'oldſte/ eene vande oir Bern/ dier bequaemſt toe is/ ende dat by diſcretie vanden Abdt tot Lidlum/ ende Paſtoren, aperto apertiùs, à fæmina, quæ ſi ſub ambiguo vocabulo Bern/ comprehendi diceretur (uti minimè) ſit receſſum, & ad digniorem, ex junioribus

[a] Quod rei ſibi licitū eſſe arripuerunt nempè ſuper unius vocabuli bern tam diverſimode inepte rixari, eodē modo Impetrans, juſtius eorum judiciales confeſſiones uſurpare debet.

nioribus eligendum, ſit itum: Quare? quia teſtatoris verba ultima, derogant prioribus juxt. allegatam Reorum confeſsionem & [a].

Item Rei ipſi, tantum unicum vocabulũ **Bern/** contra priores maſculorum ſubſtitutiones in favorem dignioris maſculi, paulo poſt poſitum quamvis affirment, dicto modo, tam mirabiliter diſtorquent. Sic eodem modo, quod ipſis peſsimè placuerit, nec Domino Impetranti denegari, ſed tanto melius utilitati, & cõmodo erit, ſcilicet **Bern dier aldſt is** quo ad fæminam intelligendum, per hæc ſubſequentia, **ofte by wanverſtandt van't aldtte** &c. rectiſsimè & juſtiſsimè mortificare, & ad præſtantiorem Scheltonis ſive majorem, ſive juniorem, modo peritiorem, ſummo & optimo jure, trahere licitum exiſtit.

a) Dict. l. ſub diverſis ff. de condit. & demonſtr. l. non ad ea eod. l. tutor §. fin & lex. ff hereditatis cum ſequẽt.

Nunc certum eſt, etiam cæteris prioribus maſſulorum diverſis ſubſtitutionibus ceſſantibus, ut nullo modo, Caſtrum aliquod, per commune verbum ſeniori relictum, non fæmellæ, licet ſeniori, ſed juniori filio datum intelligi oportere, quod hujuſmodi ſplendida caſtra, in favorem familiarum filiis utpote earundem propagatoribus, non fæmellis earundem diſſolutricibus legentur, [a] Quare per verba hæc: **ofte by wan verſtant van 't oldſte eene vande oir Bern/ dier bequaemſt toe is/** vir maſculus, & homo, ſecundum hæc jura, ad id caſtrum regendum, in familia ſervandũ, & ad poſteros tranſmittendum, lege divina, & humana eſt

a Vid. Tyraq de re trac in præf. nu. 46, & 49. Mãt. de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 12. num. 8. com multis alijs.

ſubintelligendus.

Digitized by Google

ſubintelligendus. Ergo nihil pro Siouca, ejuſdẽq; ex aliena ſtirpe natis corporis fructibus, hanc Laucumanam, & à teſtatoribus in perpetuum decoratam, ſubvertere molientibus.

His non obſtat, quod appellatione liberorum, etiam filiæ contineantur, quandoquidem illud ipſum intelligendum eſt, eo caſu, quo authoritatibus dictorum maſculorum, in teſtamentis expreſsè prælatorum, non præjudicet. Et quæſtio hic non eſt, an appellatione, liberorum filiæ vocentur, ſed in propoſito quæſtio, orta hæc eſt, quibus modis ſecundum veram & rectam, intentionem vocabulum **Bern** explicari oporteat, quo bona gentilitia in poſteritate Laucumana, ad neſtoreos annos detineri queant.

Appellatione liberorum etiam filiæ continẽtur ſed non è cõtrario tex. in l. quod ſi nepotes in fin. ff. de teſtam tutor.

In l. aſsiduis C. qui potiores in pignor habeant diſpoſitum eſt, hoc modo: Quis earum non miſereatur, propter obſequia, quæ maritis præſtant, & partus pericula per quæ etiam viris præferuntur, ſed quomodo? nimirum, poſtquam multis captionibus, deceptionibus ſint ſubjectæ, credulæ, vagæ, inconſtantes, & flexibiles, ratione dotium tantum, aliis creditoribus præferuntur, non in teſtamentis, ad Caſtra, templa dignitates, publicorum munerum exercitia, & hæc ſimilia, quæ ſolis hominibus ſive maſculis incumbunt. a)

a) Tyraq. de legib. comm. gloſſ. 1. nu. 77. & ſeq. Menoch. cõſ. 204. nu. 8. Anto. Gabr. lib. 6. de verb Signif. argũ. l. quidam decedens §. Papinianus ff. de adminitrab. tutor.

Summa nati ex muliere, nudam tantum ſimplicemq; affinitatẽ, non familiæ ſplendorem in ſempiternum referunt, quemmadmodum ſuperiùs lati-

us de maſculis eorundem poſteritate, quæ in propoſito, Laucumanorum tantis variis & perverſis injuſtiſsimis altercationibus, facta eſt involuta, ut earum authores, omnia, ipſis maſculis inſcripta, & ab Imperatoribus, totius orbis terrarum conceſſa privilegia, doloſis impertinentibus allegationibus conentur ſupprimere, idq; ſub prætextu unici tantũ hujus vocabuli **Bern** ſecundum propriam Reorum confeſsionem, per poſteriora, caſſati, aut ad minimum, ad digniorem, non fœminam, ſed maſculum explicati, & tracti. Sic ut nolẽtes, ſive volentes, pro veriſsimis notoriis & apertiſsimarum ultimarum voluntatum manifeſtis peſſundatoribus à quibus libet, ſint judicandi. *Dum in omnium clariorem maſculi dignioris deſcriptionem, cæteris appoſitũ vocabulum **voirſtonder** eodem modo, quo priora ad reprobum ſenſum præcipitare tentaverint, pedibus calcare illotiſq; manibus, juſto intellectu inſtar piſcium, eviſcerare non erubeſcũt. Nam dicunt ſatis ridiculoſe, dictum vocabulum **voirſtonder** eſſe populariter intelligendum, *vid. articul. Reorum 489. replicarum ante ſent.* à qua exhibitarum, immemores priorum prælatorum, quibus aſſeruerunt, id inſpiciendum eſſe, quod ultimum ſit, nunc **voirſtonder** eſt inter alia, & ipſos maſculos, & maſculorum Laucumanorum poſteritatem ſitientia ultimum, & ideo eatenus intelligendum, quatenus ſubjectæ materiæ nempe huic generoſæ familiæ Laucumanæ inſervire poſsit. Non ſecundum ſtultiſsimam conſuetam omnibus legibus & rationibus ab horrentem Reorum perverſam explicationem, quo

** Reorum calumnia ſũper vocabulo voirſtonder*

caſu,

caſu ipſis legibus inferreretur præjudiciũ, quę omnia verba, ſecundum diſponentium, & non populariter ſentientium intentionem eſſe intelligenda, demandant, aut ſi dubia, in certa, & communia eatenus interpretanda, quatenus actum conſervent, [a] & ſtabiliunt, non diſturbant, & violant.

Nonne igitur erubeſcendum, ſuper tali heroico vocabulo **vooꝛſtionder** abſurdam aliquam leviſſimam interpretationem effutire? Palleſcas igitur, & hanc ob cauſam ſine authoritatibus, & legibus loqui[b]? Credaſque illud ipſum **vooꝛſtionder**/ uti dictum, ex teſtamenti verbis prioribus & ſequentibus eſſe determinãdum, hoc modo: ut ſummo quodam honore & reſpectu reliquis Laucumanis propugnaturus præfulgeat poſſeſſor. Quomodo? Dominus teſtator, condemnat ſuum ſucceſſorem per verbum **Bern/ dier alſſt is**/ & ſequentia **ofte bij wanverſtandt van t'alddte** alium ex junioribus non fæminam, ſed digniorem, ut in perſona ædes haſce ſplendidas, in perſona inhabitet, quomodo, tanquam Dominus, poſſeſſor, & Antiſtes, Quę verba profecto viris nobilibus conveniunt, quia poſſeſſor non eſt poſſeſtrix, Dominus non eſt Domina, & antiſtes non eſt mulier, quæ per maritum poſſidetur, propriorum quamvis Domina conſtringitur, nė ignorante marito quicquam agat, vendat, aut regat[c], pro quorum perceptione, maritus onera matrimonia ſuſtinet[d] ergo incumbens hoc maritis officium Antiſtitis, denotat teſtatorẽ, nullo modo fœminam, omni honore præ maſculo

a) Iuxt. d. l. quoties de ret. dul. l. quoties in ſtipulationibus de verb. oblig. l. ſemper in ſtipulationibus de reg. jur. l. Gallus §. quidã res ẽte de lib. & poſth.

b) L. illũ in fin. C. de Collat. l. quæſitum §. Sabia ff. ad Trebel. l. fin. C. de pœn. l. cum qui C. de dol.

c) Vid. ordinãt. Patriæ in tit. 2.

d) Iuxt. expreſſ. tent. in l. pro oneribus C. de jur dot.

dicto carituram præferendam eſſe voluiſſe, item condemnatio, ut in habitet Caſtro, nobilitatis Laucumanæ prærogativam cauſatur, quod illa, tam de domo antiqua, quam maſculino genere exoriri dicatur, propterea Germani aliquem ſuper ſtemmate ſuo evecturi loquuntur **eer iſt van alten loblichen Hauſe her ghesloſſen**: latine, de Domo honeſta & antiquiſsima ᵃ oriundus eſt. Quod apud Rhetoricos & Dialecticos uſitatiſsimum & ſapientium eſt dicere, continens pro contento ponere, exempli gratia, invadunt urbem, ſummo vinoque ſepultam. Ecce hic Civitas pro oppreſsis hominibus ponitur.

a) Vbique locorum, ipſis maſculis, & nullo modo fæminis, non obſtante ſenioris prælatione dubia ſuper fæmina facta in ſcripta intelligitur Tyra de retract in præfat, nu. 46, & 49. Mant. de conject. ultim. volun lib. 6. tit. 12. nu. 8, gloſ. & Dd. in l. quoniam ab omnibus C. de fideicom. & in l. quoties C. eod. Bald. nu. 8. Iaſon. nu. 1.

Qua, quæſo audacia, Rei ſuis nugis, commune vocabulum hoc **Bern**/ in omnium præcedentium legum confuſionem, ad fæminam, quamvis majorem natu, attamen præſcriptæ familiæ Laucumanę propogandæ inſufficientem, ſub prætextu conſuetudinis Patriæ, malitioſe torquere poterint? nullo modo, quia uti ſæpiùs eſt allegatum, illud vocabulum **Bern der aldſt is**/ talis debet eſſe, qui voluntatem defuncti implere poteſt.

NB. Officium mulieris.

Fæmina tantum ſive mulier, à muliero dicta, ad parendum & pariendum nata, ſi omnibus viribus vellet præſtare, quæ teſtator præſtanda demandavit, non poteſt, immo id implere tam impoſsibile ipſi erit, quam mortuum recuſcitare, quod ſolius Dei eſt.

Ergo

Ergo propter defectum cauſæ, ſcilicet præſtandorum munerum, ut familiæ propagandæ Laucumanæ cum ſimilibus ſuperius deductis, carebit & effectu, [a] nempè caſtro hoc gentilitio.

Cui, ſi fæmina, aut ejus corporis fructus præficeretur, cauſa à ſuo effectu deſtitueretur, aut mulieri attribueretur, quod contra naturam, fieri non poteſt, quod ipſum inferiùs latiùs, imo conſuetudo patriæ, utpote Reorum intentionis prætenſum principale ſtabilimentũ violaretur. Hoc ut probē, placuit dictæ ordinationis articulum, his adjungere, hoc modo loquentem: De mannen hier te lāde haer dragende als voochdē van haere wyven/ hebben d'adminiſtratie van haer wyven goederen/ ende dat ſonder eenighe diſtinctie ofte d'ſelve goederē ſijn dotalia ofte paraphernalia.

a) Ab exē. l. adult. in fin. ib. gloſſ ff. ad l. Iul. Maj. de adult l. generaliter C. de Epiſc. & Cler. l. plane de oper. libert. & l. nec magiſtr. ff. de jure jur

Doch de wyven die met haer mannen openbare neeringe ende comenſchap doen/ſullen wel moghen handelen in ſaecken/ de voorſchreven neeringhe/comenſchap betreffende/ eñ van ghelijcken alle vrouwen van d'gheene de huyſ holdinghe aengaet.

Fæminæ nuptæ interdicitur, propriorum bonorum adminiſtratio.

Ex his juris municipalis verbis colligitur, fæminam nuptam nobili, vel ruſtico, nihil, aut nulla, niſi intrinſeca domeſtica adminiſtrare * poſſe, cujus efficacia, pro alio fide jubens, vel ignorante marito, nummos ſub uſuris colligēs, vel cum colonis paciſcēs, vel contrahēs, nō obligatur. Quia obligationes

** Ad beneplacitum mariti*

& fidejuſsiones omneſque tranſactiones, & pactiones refragante marito, ſunt nullæ, ſive mulieribus hujuſmodi actus, ſunt interdicti, vel quibus fungi ne queunt.

Mulieres jure municipali vocabulo Domini poſſeſſoris, & Antiſtitis inſufficientes.

Si nunc hæc Domina Siouca, præ digniore maſculo ſuo fratre Domino Georgio à Laucuma, ſuper vocabulo Bern præferreretur, ins deſtructionem hujus Patriæ conſuetudinis, officia virilia adminiſtrare, & plus illa, contra naturam virtute prælationis ipſi conceſſæ, præſtare potens dijudicaretur, quam unquam à creatione mundi ab ulla muliere factum eſſe conſtaret.

Qualia abſurda, qualia deteſtanda, & ab omni lege, & ſtatuto abhorrentia, imo in præjudicium Dei Opt. Maximi tendentia, hominibus autem impoſsibilia, conſpicerentur, id prudentioribus perpendendum relinquitur: ſicut latiùs ſuperiùs deduximus.

Abſurda in hac Phriſioca republica evitabuntur,

Quæ ut in hac reformata republica evitentur, non inveſtigandum erit, ſuper vocabulo hoc Bern quis inter Scheltonis liberos major natu extiterit, ſed quo voluntati demortui rectè ſatisfiat, qui dignior, aptior & ad familiam Laucumanam repræſentandam, omnemque prohibitam diviſionem, & arcis prælegatæ alienationem excludendam, & officio Domini, officio poſſeſſoris, & præcipuè officio antiſtitis fungendum, potentior foret, ex judicio Abbatis & Paſtorum dijudicandus.

Quorſum

Quorſum alias verba hæc, ofte by wan-verſtāt van toldſie/ eene vande oir bern/ etc.

Quorum ne unicum tantum requiſitum, hæc Domina Siouca, ſi in vivis exiſteret, propter imbecillitatem ſibi innatam, aut virilis naturæ defectum, implere poteſt.

Quod ipsū ſuperius ſummis rationibus demonſtravimus, ſic ut virtute conſuetudinis Latriæ, fæmina, & ejus partus alienam familiam repræſentantes, ab hac arce Laucumana ſint repellendi, ne eandem, contra jus, juſtitiam, & diverſa teſtamēta, auferendo graſſentur, Laucumanæ perpetuitatem frivole ſuppreſſuri, cujus continuandæ gratia, & aliorum reſpectu eadem arx inalienabilis facta cenſetur, ad horum matrem, tranſire non potuit[a] per quam nuptam nominis familiæque Laucumanæ oblivio imo diſpendium, ac aliquando dedecus potius quam gloria ſive honos orietur ad leges hic allegat.

a) Vid. Bald. conſ. 57. in fin. volum. 2. Man. de conject. ultim. vol. lib 8. tit 18. nu. 6. Argum. l. qua de dote ff. de rei vindic. l. pronunciatio §. fin. Tijara de nobil. c. 37. nu. 4.

Qua quæſo ratione, hiſce gloriam Laucumanæ ſtirpis defendentibus, atque humeris maſculorum incumbentibus verbis, de Heere/ de Poſſeſſor als voorſtionder & c. ſub prætextu ſenioris partus, aut prolis, fœminam priori tempore apertè excluſam, nunc ad hanc digniſsimam hanc arcem, vocandam aut incluſum iri affirmare audebit.

Certè nullus advocatorum, niſi omni verecundiæ & modeſtiæ exercitio privatus, aut ad minimū,

Digitized by Google

Irreligioſi advocati clara & aperta, in mẽdacia mutare non erubeſcunt.

tenebroſiſsimo errore obcæcatus exiſteret quem non puderet, etiam veriſsima, manifeſtis mendacijs, omnia Chriſtianorum Statuta, ac Romanas leges, huic Provinciæ Phriſiacæ, ad rectè inſtituendam vitam, Sacro ſancte demandatas conſpurcare.

Authoritas Antiſtitis.

b) Iuxt. expr ſuper allez, text. in l. in multis ff. de ſtat. hom, argum. l. fin. ff. de fid. inſtr. in verb, & ſeniorem iuniori (nota) marem fæmina præfe remus & vid, l. 1. ff. de ſenat. Decius ad l. fæmina nu. 124. de reg. jur. Alciat. in l. 1. in verb. cõplectitur de verb. ſignif.

Ad declinandum itaque illud abſurdum, dictũ vocabulũ, **voorſtionder**, cum prioribus, & ſequẽtibus munitum, non ſecundum Reorum reprobã ac futilem intentionem de fæmella, ſed appoſitum eſſe intelligatur de præpotentiori[b] maſculo, qui ex præcepto præſentis teſtatoris Domini Eponis erit ſucceſſurus, primo excludere debet omnes mulieres. Iuxta hæc: quod in præſenti teſtam. alienatio, & diviſio ſit prohibita, dum hæc arx, in Laucumana poſteritate Scheltonis præcisè & non Camſterana aliaque familia, idq́; in æternum *(nota) manere debeat &c.* Nam mulier bonorũ gentilitiorũ vera alienatrix. Deinde, quibuſnam tam corporis, quam ingenii viribus inſignia Laucumana propugnare, ne à nemine præpoſtere, aut deſpecte uſurpentur, jura piſcationis, ędibus ſplendidis annexa contra nocturnos ſive clandeſtinos pergraſſãtores defendere, ſuper Cygnorum in patria, hac diverſi mode privilegiatorum debitis temporibus venandi curam exercere, vel per famulos, ne ſurripiantur exerceri curare, jura Patronatus, pręcipue verò ſepulchrorũ illæſa conſervare, omnia litigia, præter decorum huic domui illata, ſive inferenda, per legitimos tramites, aut per amicabiles tranſactiones declinare,

Officium Antiſtitis

declinare, & tādem hoc nobile prælegatum ab omni alio ſecreto, &aperto periculo quatenus poterit, ſalvare, & vindicare, nempè fideicommiſſo gravatus ad maſculos ſua morte tranſmittere &c. Hæc eſt vera & defuncti D. teſtatoris intentioni conveniens vocabuli Domini, vocabuli poſſeſſoris, & præcipuè vocabuli Antiſtitis explanatio, quorſum alias ejus demandatio, huic honorato ſucceſſuro facta, ut in perſona, haſce agnaticas ædes inhabitaret, tenderet? quod ipſum ſuperius §. nonne igitur latius eſt deductum, ſic ut adverſarii falſa ſua interpretatione, potius obmutuiſſēt[a] ne in commiſſam hanc falſo interpretandi maculam præſentem incidiſſent, in cujus turpitudinis adverſariorum depreſsionem, de principali hujus præſtantiſsimi adjecti vocabuli antiſtitis derivatione, nō nihil in priorum confirmationem diſſerere placuit: Quidam **een voorſtander** ſive antiſtitem in teſtamento nominatum, æternum familiæ duraturę propugnatorem, quidam tutorem, quidam tuitores, quaſi ſe ſuoſque tueantur. Hinc dicitur[a] quod aliquis ob tutelam ſui corporis facit, juſte feciſſe exiſtimatur, quidam Patronum, quidam cuſtodem, quidam adjutorem, quidam advocatum.[b] Plærique tamen concludunt, antiſtitem eſſe ſumtum, ab antiquo verbo antiſto, id eſt anteſto, quaſi cœteris anteſtet, ſive manu neceſſariam præbeat.

Vera, diverſorum vocabulorū, maſculis convenientium explicatio, in famellarum excluſionē dirigenda.

Articulo 123

a) *in l. 3. ff. de juſt. et jur*

b) *Vid. l. advocati C. de diverſ. jud. advocat.*

Erant enim Antiſtites primarii ſingulorum templorum, ſacerdotes, qui ſacris præerant, & de futuris, agendis mandata dabant, & appellati fuere

antiquitus protomyſtæ & Archimandritæ, & archiflamines, per tranſlationem antiſtes etiam dicitur quicunque in re aliqua principatum tenet, unde ſervius Sulpitius appellatus eſt antiſtes juris,[a] alias accipitur, qui in re aliqua antecellit, ut antiſtes ſapientiæ fuit Plinius, Antiſtes artis Cicero, & idem Plato, antiſtes ſapientiæ unde antiſtor, Pręſes, Præfectus, quaſi anteſtor Columel. lib. 4. neque enim ſingulis totidem antiſtitores poſsit dare qui obſervent, quique præcipiant &c. Hæc omnia, & præcipue, tempore præterito catholico, antiſtites familiarum valdè neceſſarios fuiſſe, conſiderans, Dominus teſtator Epo, ſecundum veſtigia, & ſuorum majorum mores conſuetos, fratris ſui ſeniori filio Domino Scheltoni, deinde Sicconi, & ſic deinceps horum deſcendētibus maſculis propter adjectionē Poſteritatis, in conſervationem ſuę familię, injunxit omnia onera, in hujus præſtantis ac pretioſi caſtri ſecuritatem ſubire, ſive patienter perferre, quo ſcilicet, hic perpetuus honoratus & propter hæc, te eewigen tyden te duyren cum totali mulierum excluſione, in dictorum onerum recompenſationem, hanc arcē, in perpetuū duntaxat ad maſculos transmittere poſſet, veros ſuos ſucceſſores. Hæc & ubique fuſius deducta, & diſcuſſa ſatis indicant certificant, atque atteſtantur, teſtamento involutam nominationem partus ſenioris, domin. defunctum ad hoc nobile caſtrum, à majoribus ſuis ſucceſſorio titulo, de gradu maſculino ad gradum profectum, virtute horum de heere de poſſeſſor ſal Laucuma ſelver bewennien/ als nota voorſtionder/

a) Vid, Quintil, lib, 2, c, 1,

Legio tempore Hiſpanico, familia antiſtite quodam proviſa quaſi benedicta dicebatur.

Ex prælatione diverſorum maſculorum & propter appoſitionem vocabuli Antiſtetis Bern fœminā plane, hoc caſu repellit.

Dert/ & propter ſpecificatorum aureorum calicum, cornuum, ſive vaſorum ad tractandum amicos deſtinatorum demandatam ædibus prædictis inſcriptam retinendi perpetuitatem, animo & judicio, & non annis ſeniorem filium, poſt mortem Scheltonis à Laucuma ſuccedere voluiſſe, & nullo modo fœminam[a], quamvis in propoſito numero annorū priorem hanc Dominam Sioucam, quę nupta, hanc familiam deſervit, tanquam Domina nubendo, ſeſe alterius familiæ ſubjecit, partus ſui corporis, in poteſtate minimè habitura, perquam quoque uti ſuperius eſt probatum, nullo origo Laucumanæ familiæ propagatur, ſed per eam extinguitur[b].

Si extinguatur, profecto, contra naturam foret ſub nominatione ſenioris partus, quæ fuit Siouca horum Reorum avia, ſeniorem fratrem, præſentem Dominum Georgium, quo mortuo ſecundum fratrem Dominum Sicconem, utpote defuncti Domini honorati Scheltonis legitimos filios, poſteritatem Laucumanam, à teſtatore Epone omnibus aliis familiis, non ſolum tacite, verū etiam expreſſis verbis prælatam, repreſentantes, ab hac arce in Sexbierum violenter, ſub prætextu prioris exceptionis, ſcilicet maris ac fœminæ æqualis ſucceſſionis, ſolummodo ab inteſtato, & non in teſtamentis militantis, tanquam Reorum principalis defentionis aut prætenſi clipei arcere, & licet, ſub vocabulo Bern/ quoque fœmella comprehendatur, tamen negari non poteſt, & filium eodem depingi, nominari, & exprimi poſſe. Certè, in fraudem legis

a) Vid, Zaſ, lib. conſil, 2, nu, 14, Manti, de conjectur, ult, volun, lib, 6, tit 15, nu, 1,

b) Iuxt, expreſſi, text, in l. pronunciatio in fin, §, mulier autē & ib, gloſs, de verb, ſignif, & vid, l. familiæ 167 dict, tit.

Tacite, & expreſſe ubique maſculinitas fœmineo generi præfertur, ergo vocabuli Bern explicatio prælationi maſculinæ diſſona non erit, ne conſonantia, totius teſtamenti rumpatur, jura divina, & humana evertantur.

 gis

giſ, filia, quamvis ſenior, in omnium deſtructionem, ſecundum ſuperiora, diverſimode diſputata, hoc loco obtrudi, ſed talis ſenior, ex liberis Scheltonis eligi, & huic præferri debet, qui poſteritatem Laucumanam præsētare, muneribus virilibus præſcriptis fungi, aut onera familiæ ſuſtineri poſsit, qui ſolummodo eſt. filius, & nullo modo filia, quo id rectiùs eligatur, quod intentioni defunctorū proximus, & vereſimiliùs exiſtimatur: Imperatores enim non verbis, ſed ipſis rebus leges impoſuerunt, Et ideo non verba, ſed ſenſum quatenus ubique ſuperius eſt luce delucidius probatum, demandant inſpiciendum eſſe [b]. Quia leges eodem modo, quo viventibus ita mortuis (nota) proſpexerunt.

a) Iuxt, expreſs, text in l, omne verbum. C. com. de legat.

b) De ded. lib, tol, l, 1, ſſ de alim, leg, l, 3, §, conditio quæ reſpig nor, oblig, poſſeſſ. l, ſi & ſupra de lib, prat,

---

III.

AXIOMATIS PROBATIO.

III. Axio- probat.

NVNC ad tertii Thematis Probationē deſcendamus in quo ſuſtinetur, an conditione, ſuper maſculo facta, nondum deficiente, præſens nominatio ſenioris Scheltonis partus, aut prolis, ſi filiæ attribui, uti ſecundum ſuperiora minimè, an illi, ſi in vivis exiſteret, quo ad hujus maſculorū maſculis deſtinati Caſtri ſucceſsionem, locus dari poſsit.

Quod nullo modo putamus, in cujus opinionis probationem ſciendum eſt, unamquamque ſubſtitutionem ſub conditione fieri, vel conditionalem & hanc, in propoſito adjectam eſſe, ſi Schelto & Sicco fratres à Laucuma, in ſua poſteritate deficerent,

Subſtitution, conditionales

rent, nempè familia eorum in totum per naturalem & omnibus ſupra caput pendentem mortem, extingueretur, quod tantum Lucia aut Catharina horum ſorores, ad hoc legatum ſuccederent, & quãvis, ab harum ſororum ſubſtitutionibus, videatur eſſe receſſum, & aliam fœminam inſtitutam videri, per hæc teſtamento inſerta. **Item tot allen tyden Schelto/ daer na Schelto kinderen die d'oldste is**/quæ fuit Domina Siouca, tamen hoc nullo modo putamus. Quia onera ſuperius deducta antiſtiti, Domino, poſſeſſori ſive maſculo convenientia, propter imbecillitatem primo ex natura, ſecundo de jure, tertio reſpectu perplexitatis, quarto de facto, *Iuxt. l. continuus §. illud & ib. Bart. ff. de verb. oblig. & l. cum hæres ff. de ſtat. hom.* ipſi innatam, ſuſtinere nequit, carebit & legato. *expreſs. text. in l. ſi plures C. de condit. inſert.* & ideo ſi voluiſſet teſtator, aliam mulierem, ſibi præter haſce ſorores, & defũcti ſui fratris filias virgines optimas, & propter morum comitates ſibi dilectiſsimas, ſuccedere (ut nulla ratione) non recucurriſſet, iterũ ad nomen Scheltonis exclamans, **Item tot allen tydẽ Schelto.** Quæ verba poſt chariſsimas haſce ſorores honoratas, denuo prolata, lucè clariùs maſculinitatis prælationem, ſive præferentiam operantur, nimirum ut poſt prædictum hunc Dominum Scheltonem mortuum, ejus liberorum ſenior partus, aut **Bern** ſuccederet, quaſi vellet intimare, ſeniorem partum demortuum patrem repreſentaturum junioribus liberis digniorem, utpote ingeniorum viribus, aliiſque qualitatibus ad regendum hoc lega-

Variarum impoſsibilitatum deductiones.

tum præſtantioribus à Deo Opt. Max. donis ornatiorē eſſe, exiſtimari, quod ipſum ſuper primo & ſecundo themate prolixius, & ex hiſce ſæpius allegatis, ofte by wanverſtandt van 'taldſte/ eene van de oir Bern/ſic oportere eſſe colligitur, nonne hæc clara, & aperta conditionalem ſubſtitutionem, & meram ſenioris neceſſariis digntatibus deſtituti excluſionem important? Maximè, quare quia ſenior partus ſuo patri Scheltoni ſubſtitutus invenitur, ea conditione, ſi reliquis ejuſdem gradus virtutibus prævaleat, ſin minus, alii ſubſtituuntur, nunc ut paucis, ſuperius diſputata repetam, prior partus fuit filia, ſcilicet horum reorum Avia, Domina Siouca, ſecundus partus & filia, tertius partus & filia, quartus vero partus productus eſt in lucem præſens filius hic Dominus Impetrans, Georgius à Laucuma quintus Dom. Sicco à Laucuma.

Certè, ſi nunc fœmella hæc Domina Siouca tempore dominantis teſtatoris rerum naturæ adhuc exemta, & ſic incognita, inamabilis, aut reſpectu quarundā etiam minimarū cauſarum delectabilis, præferenda judicaretur, non ſolum viventibus ſororibus præfatis, ac ipſi teſtatori honorandis, præmiſſum legatum invito illo, aut contra ejus diſpoſitionem, non ſolum injuſte ablatum, ſed etiam magna iniquitas ipſis, & reliquis defuncti poſterioribus ſubſtitutis maſculis grandis vis, & manifeſta violentia illata diceretur, quoniam dignior, ex junioribus, ad hoc antiquiſsimum legatum, eo caſu quo conſtaret de vitio, aut imbecillitate, aut in habilitate,

tate, ſenioris naſcituri, aut naſcituræ prolis, admitteretur, & ſuper præcedente electione Abbatis in Lidlum & deſignatorum Paſtorum, eligeretur.

Quæ electio, aut Abbati commiſſum decretum cum in juventute horum liberorum omnium, utpote magis nugis, atque puerilibus geſticulationibus ſtultiſsimis, quam judiciorum radiis proximiorum, propter ingeniorum imbecillitates innatas, adhiberi cum nequierit, & ideo tam diu ſecundum omnium opiniones prolungandum, donec hi omnes ſuo patri ſubſtituti, legitimam ætatem nanciſcerentur, quo facto, ſecundum expreſſam voluntatem defuncti Domini Eponis. præfixa Abbatis electio interponenda fuiſſet, & talis, ex numero omnium nempè filiorum, & nullo modo fœminarum utpote, in caſu teſtamentario, planè excluſarum [a], poſt ſufficientem examinationem, ſive digniori filio inhærentium qualitatum debitam inveſtigationem ad hoc nobile legatum vocari debuiſſet, qui inter illos omnes, ſive ſenior, ſive ætate ſecundus, tertius vel quartus præſtantior, aptior, & virtutibus clarior, viſus fuiſſet.

a) Eleganter ad.c.Rainaldus x.de teſtam.nu.2 explicat. didac. Covar. citãs Bartho. Felin. Alciat Fulg.l.1.C. de condit.inſert. Socijn. conſ6.vol.3. Dec.conſ.15. & 370.latius Socijn. in l.cum avunus ff. de condit. & demonſt. nu.80.qui alios ad hanc concluſionem allegant. à quibus non oportet recedere teſt.curt Iun.conſ.35. col. 2.

Nunc autem, hæc electio nunquam adhibita fuit, nec exerceri potuit, dum ante quadraginta annos, bellum hoc libertatis ſuſceptum, nunc præſentibus induciis, pro tempore ſuſpenſum, eandem impedivit.

Primordium belli.

In cujus belli primordio, hic Dominus Impe-

trans à parentibus ſuis utpote adhuc juvenis & ſic Abbatis in Lidlum commiſſo examini cum reliquis utpote ſimiliter pueris inſufficiens, ad ſtudia, in peregrinas regiones dimiſſus, poſtea ingruente bello, ibidem adolevit, regiis partibus militavit, ac ſumma animi conſtantia, poſtquam unitis Provinciis, nullam fidē unquam ſpoſpondiſſet, & ſic omni alterius Principis miniſterio minimè obligatus, adhæſit, tam diu, donec hæ præſentes induciæ initæ fuerunt, quæ huic reduci domino Impetranti Georgio licentiam apprehendendi ſua concedunt, quemadmodum, ab utraque parte belligerantium firmiſsimè, & conſtantiſsimè ſit tranſactum * ſic ut nunc Abbati in Lidlum, & Paſtoribus incumbens electio, judicium, examen, aut ordinatum decretum exerceri oporteat, quæ hactenus ſuſpēſa; tam propter filiorum, ſive domini Scheltonis omnium liberorum juveniles annos [b] ſive ingeniorum defectus, tum propter dictum hoc ſuſceptum nunc ſopitum bellum, utpote notorium ac manifeſtum impedimentum, ſive obſtaculum, præſcribi non potuit[c].

a) Vid. art. treuga 13.28 & per alios articulos ejuſdem cōtractus.

b) L. naturaliter ff. de uſucap. & ult. C. de fūd. lim. lib. 11.

c) Bart. ad dic. l. naturaliter nu. 22. ff. de uſuc. & l. ab hoſtibus C. quibus nō obſt. long. tē por. præſcrip.

N Bene, propter diuturnum bellum decretū Abbatis & Paſtorum, nūc Dominorum Deputatorū utpote quondam Impetrantis adverſariorum exerceri non potuiſſe, & nunc Dominam Siouc ā mortuam, ſi aliqua ratione ſubſtituta fuiſſet, ut (ſecundum omnia diſputata, minimè) diem non vixiſſe, ergo utpote mortua, nullas qualitates habens, aut ad excludendū digniorem maſculum partus ejus nihil prætendere habent.

Quod adeo obtinet, ut etiam teſtamenta, ab hac vel illa parte, in odium, aut prægravationem hujus vel illius, alicui parti militantis confecta, ſive amarulentas exhæredationes importantia, ſint caſſata & annullata.[d]

Profecto, quis erit tam demēs, delirus inops mētis, aut irrationalis, qui audebit affirmare, nunc re-

vani

novandi ex animis Abbatis, in Lidlum, & ſuorum conſortium, nimirum à Teſtatore ordinatorum collatorum requiſita nunc non eſſe exercenda.[a]

Et ideo, poſtquam omnia ad initium exiſtant, jam redacta, quaſi nunquam belligeratum[a] fuiſſet Electio Domini Abbatis in Lidlum, cujus locum, nunc Domini deputati ordines, Paſtorum, in Oiſterbierum, & Pieters Bierum quorum locũ nunc occupant reformatæ religionis concionatores,[b] inter ſolum viventes hoſce duos dominos fratres, Georgium & Sicconem à Laucuma, utpote, à teſtatore, deſignata, expreſſa, ordinata, præſcripta, ac juri naturali civili, imo divino conſentanea, & hactenus uti retuli, ſuſpenſa ſive violenter & injuria belli impedita, abſolvi debet. *juxt. mox. dicta.*

Et nullo modo fæmina Domina Siouca, caſu teſtamentario, planè, ſecundum ſuperiora, excluſa remota,[c] & re & facto, propter incluſionem duarũ ſororum[c] Luciæ & Catharinæ, nonquam cogitata ne in conſiderationem, reſpectu nunc exercendi examinis ſive electionis D. D. Ordinum & concionatorum adhibendę, etiam ſi hoc memento in vivis exiſteret, venire debet; idque propter verba ſæpius repetita, **ofte by wanverſtant van t'oldtſte/ tot allen tyden/ eene vande ander die daer bequaemſt toe is/** hanc conditionalem ſubſtitutionem in omne futurum tempus continuandam, de facto, operantia, & cauſantia.

Quam dignioris, præſtantioris, & ad Laucuma-

a Vid treug. articulos.

b Iuxt. expreſſ. Sent. Curiæ provincialis Friſiæ inter Doct. Freder. ab Inhtiema nomine ſui nepotis Scrapÿ ab Inthiema contra Civitatem Bolſwardianam Iohan. Ianſen & Nicolaum Caſp. Anno 1613. finaliter publicatam.

c Iuxt. eandẽ Sentent. mox allegat.

d) Quia Patriarc æ ſẽper dignioreẽ ſuis bonis præfecerunt.

e) Ac dignitatatis Laucumanæ domus incapax cui vix analogice, illa cõvenit l. cum prætor. ff. de Iud. l. & qui originem ff. de muner. & honor.

 nam

nam familiam propagandam validioris cauſam ſive hoc legatum, ad adgnatos tranſmittendi, & prohibitam alienationem & diviſionem ſive Laucumanæ familiæ conſervandæ poteſtatem, hic à teſtatoribus demandatam, & per ordinatum examen ſive Abbatis electionem, ſummis honoribus habēdam, præſtare non potuit.

Propterea, quod fæminæ à viris, & viri nullo modo, à fæminis ſortiantur dignitates[a].

[a] l. expr. 1. & l. 8, ſæminæ junct, ult, ff. de Senat. l, 2, §, 9, quo ad magiſtratus de origi n jur. cum multis aliis ſuper primo themate allegatis,

Si dignitas à viris ipſis obveniat, & æquè præter defunctorum omnium Laucumanorum intentiones, ac varias conformes voluntates, malitioſe fæmina, hæc Domina Siouca digniori ſuo fratri, ad hoc legatum, in deſpectum demandatæ, ac hactenus ſuſpenſę electionis Abbatis, nunc Dominorū̃m Ordinum, & Concionatorum obtruderetur certè, inſtar mōſtri, viribus virilibus carētis, defacto, contra præcepta divina, ac omniū hominum ſtatuta in totius teſtamentarij ordinis deſtructionem illa graſſaretur, & ab ejus exemplo, communia verba, ſive duplicem ſignificationem habentia, à quibus libet, ad contrarios ſēſus torqueri poſſent: Sed valeant hæc, & dominis Iudicibus cordi exiſtant. Mox propter hactenus dominans bellum probavimus, ſecundum defuncti Domini Eponis teſtatoris voluntatem, in defectum ſenioris partus virilis, in æternū bona hæc in familia Laucumana, ſive Scheltonis fitientis, ſive ejuſdem, dignitatum ſupplementum, alium ex junioribus eligendum & Dominam Sioucam etiam viventem, ad hoc legatū ſuccedere non potuiſſe.

Propterea

Propterea, quod ille teſtator, qui de familia, ac ejus, nomine, quam dignitate ſollicitus, in inſtitutione, vel quaſi poſt ponendo filias fratris ætate majores, juniorem nepotem prætulerat, tam legatarii dignitatem, quam charitatem, & neceſcitudinem ante oculos habuerit, minimeque mutata, voluntate, in ſubſtitutione digniorem Scheltonis & nullo modo indigniorem filiam, nondum natam, ſive cognitam, putaverit.

Nam ſatis ſuperque iterum, ex eo conſtat, quod illum, qui ex liberis prælegato potiretur, non tantum modo, Heere/Poſſeſſoꝛ ſeu/Dominum per adjecta, inder eeuwichept te duerpen/ hujus prælegati appellet, ſed etiam in arce ſeu ædificio Heroico Laucumano conſervationis gratia habitare voluerit, quod ipſum ſuperiùs latiùs,[a] qualis appellatio, cura ſeu functio viris ſolummodo conveniunt, & non fæminis.

a) Iuxt propriam Reorũ confeß. ſuperiùs ſpecificatam, & ibidem allegata noto, Iur.

Nunc luce clariùs aperietur, eandem Sioucam ante multos annos, ſi aliqua ratione, ad examinandum, inter fratres, deſtinata, & ſuper præfixis requiſitis dignitatum, admittenda fuiſſet, ut nullo modo mortuam fuiſſe*, & ſic diem exercendæ electionis propter dictum emerſum, & diuturno tempore cõtinuatum cruentiſſimum bellum, nullo modo vixiſſe, dum nunc, in terram reſoluta, nullas qualitates amplius habeat, nec vires propagandæ Laucumanæ familiæ nunquam habuerit, quas in ſuum filium, eodem modo demortuum Tyallingium Caſtra,

** Mors Dominæ Sioucæ hiſce Camſteranis obſtat, etiã omnibus aliјs rationibus ceſſantibus.*

Digitized by Google

ſtra, nunc hoſce Reos transfundere potuit: qui ex aliena teſtatoribus, propter prælationem Laucumanam, odioſa progenie nati, plus juris prætendere nequeunt, quam horum avia ipſamet habuit.

Hæc adeò ſuperiùs de bello, ac ejus ſuſpenſione & prolungata Abbatis electione allegata vera ſunt, ut contradictionem non admittant.

Bellum fuit verum obſtaculum.

Quia nihil certius eſt, ante ſuſceptum bellū omnes honorati Scheltonis liberos, ad regendum defendendum, familiam Laucumanam propagandam inſufficientes, imo omni ſcientia jejunos, & ſic ipſi pueritia deditos fuiſſe, adeo ut cuilibet etiam doctiſsimo incognitum ſive ignoratum fuit, quis alium, aut quæ aliam, in defectum omnium maſculorum, ubique fæminis præferendorum, majori aptitudine, ſcientia, & capacitate ſuperaret: ergo.

Præterea in probationem tertii hujus thematis, ſuſtinebo, propter priores & teſtatori chariſsimas duas & cognitas ſorores, etiam virentes Dominā Luciā, & Catharinam, multo magis Dominā Sioucam, nunquam viſam aut auditam, multo minus tunc nundum in utero matris conceptam, licet in eventum ſubſtituta fuiſſet, ut minimè, ab hac arce nunc repellendam eſſe.

Quia teſtator poſt poſteritatem Laucumanam in totum aboletam mulieribus ſive fæmellis tantum hiſce dictis ſororibus, & ex ijſdem naſcituris & nullis

lis aliis conditionaliter locum promittit, & priora omnia, imò vocabulum illud Bern, utpote adverſariorum falſiſsimorum argumentorum, hac & illac perfluentem ſarcinam, quantum ad Dominam Sioucam de facto dilarecat & diſrumpit, & maſculinitatem à teſtatore prælatam hiſce ad vivum quaſi depingit.

Item ofte Schelto vooꝛgheſchꝛeven in zijn poſteritept ende nae commelinghen verſtoꝛve/ ſoo ſal dat præcipuum voꝛndeel ende pꝛælegaet/ als vooꝛgheſchꝛeven hebben/ ende vervallen op Sicco nae commelingen/ ende in ghebꝛecke van Sicco nae comelinghen op Luitz ende Catharina.

Quæ, ex hiſce manifeſtis verbis, poſteritatis inſperata propoſita caducitas, ſive mortificatio, ſive horribilis ruina, aut extinctio nondum evenit, ſed ſecundum defunctorum firmiſsimas ſpes, & familiæ æternitatis in teſtamentis ubique deductas ſolicitudines poſteritas Laucumana, per duos hoſce filios ſcilicet Dominum Georgium, & Sicconem vivere[a] deprehenditur.

Quod adeò obtinet, ut etiam filius, vivente patre, rerum paternarum Dominus exiſtere dicatur, idque ex juris artificio, quod patrem & filium unā candemque perſonam fingant.

Imo Patris, & filij vox, idem ſermo utriuſque habetur.

a) L. ſi cognati ff. de reb. dub. Philip. Corn. coſ. 118 videtur primo nu. 5. vol. 2. Item in coſil. 38, placet mihi nu. 9. vol. 1. Gui. Benedict. in c. Raynutius & verb. & ſobolem nu. 49, & Jur. mox allegat

b) Iuxt. text in l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.

c). §. ei qui inſtit, de inutil l. ſtipulat.

Digitized by Google

Vnde, quod filius ſtipulatur, in civitate, patri reverſo, ab hoſtibus, acquiritur. *Text, in l. filius dum ff. de verb. obligat.*

a) L. 2. in fin. pro hered.

In tantum, ut quemadmodum, pater ex ſuis bonis, ita filius ex eiſdem alitur, quin & patre vivente poſſeſsionem habere dicitur *a*.

Imo mortuo patre, ita res ejus filio propriæ ſunt, ut tantum adminiſtratio earum, ad eundem filium tranſire videatur. [b

b) Iuxt. text, in l. ei qui ff. de acquir. hæredit. & l. 1. C. de minor. ab hæred. ſe abſtin.

Si hæc ita obtineant, ut filius etiam, in vivis adhuc, exiſtente patre, dominus paternorum habeatur, & eo mortuo, hæreditatem ejus non acquirere, ſed quaſi antea acquiſitæ [c], ſe mimiſcere dicatur.

c) l. in ſuis ff. de lib. & poſth. l. 1. §. Di. & §. ſi pater & l. ſi exhæredatus ff. ad Senat. conſ. Claud.

Eam videlicet ob cauſā maximè, quod ſola paternarum rerum adminiſtratio, ad tempus ſuſpenſa, filio tantum, vivente patre, deſit.

Profecto nullus, etiamſi omnium ſcientiarum expertiſsimus, & doctiſsimus exiſteret, affirmare & docere poteſt, in harum legum deſtructionem, poſteritatem Laucumanam eſſe extinctam, ſive per totum ſublatam, quo caſu, tantū Lucia, & Catharina ſorores, & nullo modo, hæc domina Siouca tunc ſemini paterno adhuc involuta, & ſic ſuper aliqua gratia, minimè honoranda, inveniuntur vocatæ, & ſubſtitutæ, ergo vocabulum allegatum Bern/dier aldſt is/ de maſculis propter ſubſequentia poſtre-

ma

Digitized by Google

ma,& ultima teſtatoris,& prioribus derogantia,aut eadem, dilucidius explicantia, poſteritatem ipſam Laucumanam ſitientia, dictum, appoſitum & prolatum eſſe intelligi oportet, alias enim poſteritatem Scheltonis & Sicconis,ſi adhuc naſcituram incognitam Sioucam amaſſet,in medio & fine ſubſtitutionum non prætuliſſet, ubique teſtator.

Poſteritas Laucumana utpote ambulatoria & ſic in infinitum recommendatur tantum maſculis, quare in ejus præjudicium mulieres, nihil prætendere habent, quamvis per hoc vel illud vocabulum teſtamento injectum, ſubintelligende veniant, vid, l, §,ſi parens ff.ſi quis à parens manumiſſ. ſuer, l, etiam §, ſed et ſi nō mortis ff. de bon,libert,

Quarum poſteritatum,ipſi à ſuo defuncto domino patre ante centū, & quadraginta annos demortuo Scheltone à Laucuma recommandatarum, & nunc ab hoc D. Epone facta prælatio, utpote ultima, & poſtrema,& priores omnes,ad fæminas (uti) minimè extendendas, annihilat, revocat, & dubia verba, ad hanc poſteritatem, intelligenda eſſe demandat, jubet, ac præcipit.

Quia dicit: condititionalitèr **ofte Schelto in ſijn poſteritept etc.** Nunc Schelto nondum in eadem defecit,qua vigente,& per Dominum Impetrantem ſplendeſcente, [a] fœmellis nullo modo erit locus, ſcilicet deficere debet & illis ſucceſsio, *Iuxt. text. in c. cum ceſſante de appell. l. generaliter C. de ſacroſanct. eccel. text. in l. 1. in fin. de donat. & in l. adigere §. quamvis ff. de jur. patronat.* Multo magis Sioucæ nonquam dilectæ, viſæ & cognitæ, & per hæc poſtrema clarius ab hac arce antiquiſsimę excluſæ,ꝙ ſecundum ſup.allegatam Reorum judicialem confeſsionem, ultima derogent prioribus,& ideo non quæratur ante eventum conditionis, niſi hæreditatem, vel legatū deberi conſtet *expreſ. text.*

a ad jur ſup. allegat,

Vltima derogant prioribus.

in l. non oportet ib. gloſ. de legat. 2. Quod legatũ quoque, ante conditionis, vel diei eventum, non repudiatur, Bart. in l. ſi ita ſcriptum §. ſi ſub conditione nu. 1. ff. eod. tit. Ergo nugæ, quæ in præjudicium adhuc viventis poſteritatis Laucumanæ, per vocabulum Bern/ ad nauſeam uſque perperã, & fallaciter, in omnium teſtamentorum, ipſam alienationem, diviſionem, per fœminas emerſuras, prohibentium fraudulentam everſionem, proferuntur.

Etiamſi poſteritas Laucumana eſſet ſepulta æque ſenior partus domina Siouca, quanto magis adhuc vivente ad hanc arcem ſuccedendi non habeberet minimã actionem.

Quæ poſteritas dicta Laucumana, ſi per totũ mortua, aut extincta eſſet, plurimum tamen abeſt, ut hęc Domina Siouca, ſub vocabulo Bern/ der alðſt is comprehenſa, ſed quatenus ubique ſuperiùs eſt dictum: ne alicujus augurij, ſive ſomnij ſpecie, per teſtatorem agnita vel cognita, vel minimà ſyllaba tacta eſſe videretur: Illud ipſum, ut clariùs, omnium oculis ſubjiciam, remitto Dominos judices, ad Domini Eponis à Laucuma, teſtamenti totalẽ contextum ex quo nihil aliud inveſtigabunt, quam dominum dictum teſtatorem ſuper nullis aliis, quam primo ejus ſalute & ſepultura, ejus uxore, deinde quibuſdam legatariis, tertio ejus fratris filio Scheltone, ejuſque totali poſteritate, deinde Siccone, ejuſque poſteritate, & tandem, de dilectione duarũ ſororum Luciæ, & Catharinæ, & harum legitimis hæredibus, & de contrahendo matrimonio filiæ Heremanæ, in proſperitatem, dicti honorati occupatum fuiſſe, dum hæ fæmellæ ipſi, ſanguine proximiores,

Contenta teſtamenti allegantur, & dominis reviſoribus proponuntur.

imiores, & chariores, ſive cognitæ licet fuerint, attamen illas utpote ex ſuo corpore non natas, & ſic multo certiùs Dominam Sioucam, eodem modo ex hæreditare [a] potuit, utpote gradu remotiorem, ſed illam non novit utpote nec conceptam multo minus natam, ſed uni maſculorum præ alio prælegavit hanc arcem, ac in eodem prælegato, fæminis hiſce eo tempore viventibus, ætate etiam majoribus poſt poſitis, iterum maſculum ſubſtituit, itaque affirmandum eſt, quod voluerit, eam partem conſervandæ familiæ gratia, maſculis duntaxat, quamdiu extarent, prælegatam eſſe, & ab eadem viventes dictas chariſsimas ſibi notas excluſum iri.

[a] *Iuxt. text in l. lege §. in his C. de legit. hær.*

Irrefutabilis intẽtio ex notorio facto defuncti emanans.

Quanto magis nondum natam, & ſic incognitam, graduque remotiorem, virtute omnium circũſtantiarum & deductionum, excludendam eſſe voluiſſe credendus exiſtit teſtator? Quia ſi affinitatẽ, prę agnatione amaſſet, (ut nullo modo) vivẽtes, tũc temporis viri potentes, & amplexui naturali congruas chariſsimas fratris filias in eodem gradu cum ſuis fratribus Scheltone ac Siccone conſtitutas, hoc legato ditare, ex quibus nuptis, citiùs quam ad huc naſcitura affines accipere potuit. Quod cum minimè fecerit, ſed eaſdem generali aliorum ſeparatorũ bonorum inſtitutione honoravit, certo eadem ratio partis ad partem, quæ totius ad totum, in propoſito militans ad lumbis paternis, tunc temporis involutam & ignotam extendi nequit. *Iuxt. text. in l. qui fundum §. qui filios ff. ad l. falcid. l. publius §. fin. ff. de cond. & dem. l. ſi viva matre C. de bon. mater.*

Illatio veriſsima perfect. notiſs. urgentiſſ. & copioſiſsima, voluntatem defuncti non ex verborum aucupio, ſed ex mente æſtimandam demandans.

Maximè vel ab hoc, ſi Dominus Impetrans, & hujus frater dominus Sicco, poſt ſeſe corporum heredes non relinquerent, teſtator æque huic futuro caſui ſatis dilucide, cum totali excluſione dictæ dominæ Sioucæ, & harum prolium nunc filiorum Camſteranorũ proſpexiſſe, & hoc nobile, caſtrum ad aliam lineam devolvi, ſive tranſire voluiſſe exiſtimaretur. Hoc ut probetur, animadvertendum eſt, uti mox deductum Dominæ Sioucæ, aut in inſtitutione aut ſubſtitutione, niſi per unicum vocabulum Bern/ ſecundum priora, nec ipſi attribuendũ ſed maſculo digniori, à domino teſtatore ullam mentionem factam fuiſſe, nec propter amorem duabus viventibus ſororibus, per generalem inſtitutionem exhibitum, & iiſdem ſororibus propter maſculorum ad hoc legatum factam incluſionem, præſcriptam excluſionem, fieri potuiſſe, nec ullam aliquam mentionem facere voluiſſe.

Caſui futuro proſpectum.

Quoniam idem teſtator, in defectum omnium inſtitutorum, & ſubſtitutorum eorundemque omnium poſterorum, aut deſcendentiũ, qui ſunt maſculi, multoties nominatas ſibi notas, ſorores non ſolum expreſſè, ſed etiam ex iiſdem naſcituros qui ſunt Domini, Nicolaus Iongama, & Sicco à Decama, ſubſtituit. Quod ipſum ex hiſce ſubſequentibus apparet.

Ende in ghebreke van Sicco voorgeſchreven nacomelinghen/ op Lutz ofte Catharina.

Quæ

Quæ verba, tantummodo, harum ſororum, & nullo modo alterius fæmellæ diu, poſt mortem teſtatoris naſcituræ, & natæ ſubſtitutionem operantur & denotarit, ad ſuperfluum, teſtatorem nullo modo in animo habuiſſe, aliquam mulierem, hac, ſuæ familiæ ſplendida arce honoratum iri, niſi omnes maſculi prius in fata conceſsiſſent, Iuxta mox allgata. Ergo per hæc, utpote ultima, & teſtatoris poſtrema mādata, ab unico vocabulo Bern/* ſi aliqua ratione fœmellam comprehendere diceretur, ut minimè eſt receſſum, declinatum [a] & ad maſculorum ſingulariorem dignitatem, animoſitatem, prudentiam, ſcientiam, & præeminentiam itum ad ſuperiora.

Attendenda non ſunt verba, ubi ſēſu i ſcriptura repugnant.

** Quod ſi (uti minimè) fœminam obtruderet, diſcordantiam ſuperiorum, & ſequentiū, operaretur, & defunctorum conſormes mentes, & maſcul. ardores ſubverteret, & ſic ejus illatio ſenſui contra vit, rejcienda l. ſi in nomine l. error. & l. verba C. de teſtamento*

Sed his contradici poteſt, nondum eſſe probatū, ex hiſce dominis ſororibus naſcituros ſubſtitutos ſubintelligi, & ſic illarum ante eventum conditionis demortuarum incluſiones, Dominæ Sioucæ præjudicare non poſſe.

Reſpondetur, ad id, ſequentia hæc addita: **in manieren tot allen tyden als vooꝛgheſchꝛeven.** tacitam ſubſtitutionem comprehendere.

Hoc ut apertis legum rationibus obloquentibus inculcem, omnia ſuper fæminis, domini teſtatoris eloquia denuo repetere placuit.

a) Iuxt. alleg. l. ſi hæreditas §. 2. ff. de teſtā. tut. l. non ad ea l. ſub. de verſis ff. de condit. & demōſtrat. l. tutor. § fin. ff. de teſtam. tutor.

Item ofte Schelto in ſijn poſteriteyt ende namelinghen verſtoꝛve soo ſal dat præcipuum, ꝛandeel ende prælegaet als vooꝛgheſchꝛeven

 hebben

Digitized by Google

hebben ende vervallen op Sicke nacomelingen in manieren als voorgheſchreven.

Eñ in gebreke van Sicke nacomelingē op Lutz ofte Catharines/ in manieren tot allen tyden als voorgeſz. Certè prudentiſsima & aurea verba.

N Bene nullū verbū vel ullā ſyllabā ſine operatione eſſe non debet.

Negari non poteſt Dominas ſorores Luciam, & Catharinam ſecundum priorem exceptionem, ante totalis Laucumanæ occaſum, & ſic conditionis eventum eſſe demortuas, & ſic prima fronte, ad ſuos ſucceſſores nihil tranſmittere potuiſſe.

Verum, quo promiſsis ſatisfaciamus, & in Dominæ Sioucæ horumque corporis fructuum Dominorum Camſteranorum notoriam, & clariorem excluſionem probem, non obſtante priori morte ſubſtitutarum ſororum, etiam earundem hæredes, dictis Camſteranis nonquam in aliqualem conſiderationem tractis, & ſic rectè iiſdem præferendos, & huic Impetranti Domino Georgio, ejuſque fratri ac ſucceſſoribus per totū demortuis ſubſtitutos videri, in cujus rei fidem ſingulariter accepto, ipſorū Reorū propriā confeſsionē, in quadruplicis 6. Maij Anno 1611. articulo 647. ante ſententiam à qua exhibitis expreſſam, qua continetur, ex verbis poſtremis eſſe colligendum, quid in poſterum velit teſtator [a] Nunc ad rem juris eſt notorii, nullum verbū, imò nec ullam ſyllabam, in ultimis voluntatibus otioſam, aut ſine debita operatione oportere relinqui [b] ad jur ſuper allegat.

N Bene Reorum confeſsionem hic acceptari.

a) Iuxt d.l. hæreditas §. 1. cum ib. al legat.

b) quemadmodum inferius docebimus.

Profecto

Profecto, verba: **in manieren tot allen tyden/ als voorgheschreven /** ſecundum propriam Reorum confeſsionem expreſſam, nunc à nobis hic, ad probandam eorundem iniquitatem acceptatam ſine operatione utpote ultima, eſſe non poſſunt, nec debent. Quomodo igitur intelligendæ reſpō. interpretationem & declarationem ex prioribus & ſequentibus eſſe ſumendam, *Iuxt. expr. tex in l. ſi de interpretatione & l minimè de legib. c. cum dilectus extr. de conſue. Bald. conſ. 225. lib 2. Paul de Caſt. conſ 314. ad fin. & conſ. 347. col. fin. lib. 1. Socin. conſ. 25. col. 9. conſ. 145. col. 2. lib. 1. Rom. 271. col. 2. verſ. 3. non eſt dubium Corn. Conſil. 1 14. nu. 11. lib. 2. conſ. 187. col penult. lib. 4. Cardin. Pariſ conſil. 55. nu. 35. lib. 2. Cravet. conſ. 101. nu. 11. conſil. 118. num. 2. conſil. 201 ratione decidendi 21.* & hæc confirmatur ex eo, quod sēper is intellectus, tali caſu, aſſumi debet, quem rerū exitus, verū eſſe demonſtravit, & demonſtrat. *Ias. conſil. 128 col Pen. in princ. lib. 1. Cravett. conſ. 205. nu 11. & conſil. 294.* Iuxt. ſuper. alleg. Axiom. Et ideo ab obſervantia (nota) ſecuta, non eſt recedendum. *Bald. in l. illud. argumento illius textus de excuſ. tutor. Cardin. Pariſ. conſ. 22 nu. 24. & conſ. lib. 1.* Quia vera interpretatio eſt illa, quæ ab obſervantia ſumitur. *Bald. c. 1. in princ de feud. ſin. culp. non amit. Cravett. conſ. 92. nu. 7. & conſil. 118. nu 2.*

Interpretatio ex praecedentibus & ſequentibus non violento judicio ſumēda.

Nunc ad materiam: Laucumanorū ante aliquot centenos annos velle ſive mores cūſueti, ſuper hac arce ſuccedendi, ubique ex teſtamentis colliguntur, imo honorati poſſeſſores honorandis ſecundū

teſtantium dictorum obſervantias, hoc modo ſubſtituti inveniuntur, ut ſemper annis ſenior filius, poſt mortem alterius, hac arce gauderet, quem obſervatum ſuccedendi morem nobis quaſi ad vivum deſcriptum eſſe, ex præſuppoſita facti figuratione cognoſcimus.

Quem ſimiliter, hæc teſtatoris verba: in manieren tot allen tyden als voorgeſz poſt totalem poſteritatem Laucumanam ſepultam, obſervatum iri demandant, quod hæc, aut eorum unica tantum ſyllaba, ſine effectu & operatione eſſe non debeant.

Si neque ulla ſyllaba, abſque operatione exiſtere poſſit. *Bald. in rubr. C. de contrah. empt, in 9. quæſt. Corn. conſ. 126, in 2. col. in 1 volum. Tyra. de utroque retract. §. 1. gl. 2. Tyber. Decia. reſp. 52. nu. 28. in 1. vol. & reſp. 45. nu. 17. nu. 2.* Maneant itaque hæc omnia verba in ſuo robore, vigore, claritate, & certitudine, utpote vocabulo Bern/ poſteriora, illæſa, intacta, imo inviolabilia, utpote omnia priora, dubia, incerta, ambigua communia, illegibilia, & ſi quæ eſſent, intricata, (ut nullo modo) explicantia, quorum reſpectu, cum ſæpius dictum vocabulum Bern/ maſculum & nulla ratione fæminam exprimat, hæc Domina Siouca, ejuſque hæredes, hi Camſterani, repulſi intelligantur ab hæreditate domini Eponis à Laucuma, ipſis neque jure-civili, naturali, multo minus divino debita, *Iuxt. dict. l. lege ff de legit. hæredib.* Et ſæpius nominatum vocabulum Bern/ de majori natu maſ-

culo

Digitized by Google

culo adjectum eſſe exiſtimetur, & nullo modo de fœmina, præſertim, nõdum nata, cognita, neque chariſſima neque dotanda, ex jure ſcripto, & cõmuniori interpretum ſententia, loco deſcendentium, quo ad aliqualem ſucceſſionem minimè judicanda, ſed cum id, quod ipſi adjudicatum eſt, etiam perceperit, quo ad familiam, & quo ad ſucceſſionem bonorum ex teſtamento dependentem, præſertim, gẽtilitiorum, & familiarum, pro mortua cenſenda idque probant, evidentiſsimi juris *textus. Bart. in l. 1. §. ſi parens in princ ff. ſi quis à parente manumiſſ. & in l. fin. nu. 7. & ib. Bald. nu. 15. Franciſ. Curtius nu. 36. & 38. & ibid. C. de pact. Ludow. Roman. communem dicens, quamvis ipſe diſſẽtiat, Franciſ. Purpurat. nu. 181 Hierõ. Cognol. nu. 111. & nu. 200. Hugo Donellus num. 32. Iohann. Bolognet. ibid. nu. 107. verſic. & in ſumma ibi, fallit. ſecundo & num. 171. C. de pact. Bart. in l 1. §. qui habebat filium nu. 6 ff. de bonor. poſſeſſ. contr tabul. Iaſ. in auth. noviſsima nu. 5. C. de inoff. teſtam. l. ſtipulatio hoc modo ib. Lodewic. Roman. num. 22 Ioan. de Imol. nu. 5. & Vlder. Zaſius nu. 25 ff. de verb. obligat. Iohann. Oldendorp. claſſ. 5. actiõ 3. nu. 3. pagina 803. Vigl. Zuichẽ. in § ſed hac nu. 4. verſ. quæ tamen omnia inſtit. de exhæredat. liber Anton. Gemeſius in legem Tauri 22. nu. 4. Sonsbeccius de feud. part. 9. nu. 53. Michael. Graſſus in recept. ſententijs, §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 10. nu. 3. l. ſi non mortis ff. de inoffic. teſtã. l. 1. §. ſi parens ff. ſi quis à parent. manumiſſ. fuer. l. etiam §. ſed etſi non mortis ff. de bon. libert. atque ita ſentiunt legiſtæ in ſuis lecturis, tractatibus, & commentarijs Iacob Butiger. in l. ſi quãdo verſ. oppono quod agnoſcend. ibi non excludor. ex pa-*

Inexpugnabilia contra mulieres.

cto & c. C. de inoff. teſtam. & idem Butrigarius in l. pactum dotali circ. finem Bald. ibid. nu. 2. Alber. num. 3. & Paul. Caſtrenſ. circ. fin. Iaſ. nu. 2. verſic ſecundo quãdo Philipp. Decius nu. 16. C. de collat. Alexand. conſ. 180 nu 2. lib. 5. Marian. Socin ſenior conſil. 30. nu. 35. volum. 1. Benedictus Capra conſ 69 nu. 5. Andr. Alferius quæſt. 2. nu. 150. Philipp. Dec conſ 616. nu. 6. Nicol. Bellon. conſ. 15. nu. 5. & ſequent. Nicolaus Eeverh conſ. 96. nu. 9 Franciſ. Purpuratus conſ. 307. nu. 3. verſ imo ſolum pactum &c. Paul. Pariſ. conſ 69. nu. 101. & 102. part. 3. Iohan. Cephal. conſ. 467 nu 52. & conſ 308. nu. 13. lib. 3. Ioachim. Minſing. reſponſ. 33. nu. 3. & nu. 4. & reſponſ. 38. nu. 36. decad 4. Math. Weſenb. conſ 23. nu. 57 circa finem verſ. verum è contrario Laurent Rirchovius conſ. 4. nu. 47 inter Germanica volum. 5. Iacob. Menoch. conſil. 6. nu. 9. & conſ 71. nu. 28. lib. 1. Franciſ. Burſat. conſ 249. nu. 78. vol. 3. Ioann. Boer. cõſ. 2. Ioan. Thilman. de ſyntagmat. 3. decad. 2. vol. 10. nu. 35. pag. 79. & nu. 97 pag. 86 & nu. 109 in fin. & nu. 110. pag. 88 Anton. Quetta. conſ. 26. nu. 17. Canoniſtæ in c. quamvis ib. Dominic. de S. Geminian. col. 2. verſ. ſecundo caſu & col. 4. verſ ſecundo apparet. & ibid Philip. Franc. nu 6. Georg. Natta nu. 5. & ſeq. Didac. Covarrov. part. 3. §. 3 nu. 3. Ioh. Rumat. ibid. verſ. ſupereſt pag. 21 & verb. lex civilis pag. 25. Ioh. Dauth. nu. 10. verſ. fallit pag. 33. & nu. 43. verſ ut ſi integram pag. 47 de pac. Abb. Panor. conſ. 116. nu. 2. par. 2. Guil. Bened. in c. Rainutius verb. duas habes filias. nu. 224. Hoc ſi fiat, veræ, & genuinæ explicationi prædictorum verborum obtemperabitur, & acquieſcetur, alias enim, in omnium manifeſtam ſubverſionem Reorum tumultuabitur

Mulierum excluſio.

nultuabitur, & illegittimè graſſabitur defenſor, qui
:um non erubuerit, illud commune vocabulum
Bern/ tam innumerabilibus perplexitatibus inju-
tiſsime involuere, nunc hæc poſteriora, & ultima
rioribus derogantia, contra ſeſe rectius explicari
atiatur, ne ipſi alias ſuper unico vocabulo Bern/
ōtrarium ſenſum gignente, cōcederetur quod re-
te proponendo, & falſiſsimas argutias diluendo,
ctori denegaretur, quod nulla ratione admitti de-
et, *Iuxt. text. in l. non debet ff de reg. jur. l. non licet.
etr. eod. tit. de reg. jur in 6. gloſſ per illum text. in c. 2.
e mut. petit. Bald. in c. 1. §. in quibuſdam in verſic. ſi-
ile habemus de conſut. rect feud. Bald. in l. ſi cauſam
erſ apponitur pœna. C. de execut. rei judicat. & vid.
hilipp. Deciu. ad dict. l. non debet ff. de reg. jur.*

Quod unius injuſte atteſtat, alteri de negari non debet.

Ex hac enim loquela, Item uſte Schelto in
ijn poſteritept: Item Sicco in zijn poſteritept
:c. animus teſtantis clarius,[b] quam ex unico voca
ulo Bern/ colligitur & hiſce, dictus modus ſuc-
edendi tot allen tyden/ in manieren als voor-
heſchreven exprimitur,[c] ac quaſi manibus pedi-
uſq; cōprehenditur, & ad honoratarū duarum ha-
m, eo tempore, in vivis exiſtentium ſororum le-
timos hæredes, quamvis nondum natos, in maſc
lina Laucumana ſobolis dictę ſive ultimorum
aſculorum hæredum, aut liberorum defectum,
anſmittitur, quod tacita hæc inſtitutio ſuperius
minatæ expreſſæ æquipolleat, ſive illud quoque
cpreſſum dicatur, quod poſitæ ſententiæ virtutæ
olligi poſſit.[d]

b) ut Bald. in l. ſed & reprobari in prin. de exc. cuſ. tutor.
c) Bald. in l. generaliter in 1. not. C. de non num. pecun. & in l. ad cognoſcendos C. de ingen. & manum.
d) Iuxt. tex. in l. prætor ait §. interdictum ubi. gloſ in verbo expreſſā & ibi Angel. nu 1. & Ias. ff. de nor. oper. nunc

Nam quod mente legis continetur, illud quoque doctores expreſſum affirmant. (e

Item tacitus & expreſſus æquiparantur, & ab invicem non differunt. (f

Adeò ut ſubſtitutio tacita, ex interpretatione veniat, inſtitutionique aliquando ineſſe credatur. g

Quoniam nonunquam minus ſcribi, quam dici, & tamen tacite ſub intelligi poteſt, & valet, dum illa, quæ expreſsis tacite inſunt, nihil plus operantur, quam ſi expreſſa fuiſſent. (h

Sic ut non dubium ſit, quin neceſſario, per verba **in manieren**/ & iiſdem addita hæc, **tot allen tyden**/ nimirum poſt mortem Luciæ & Catharinæ ejus proles, & **als voorgheſchreven** dignior, & aptior ab exemplo expreſſe honoratorum, alter poſt alterum, ad hoc legatũ ſuccederet expreſsis & tacitis ſubſtitutionibus dictis illud jubentibus.

Quarum virtutibus, ex Lucia, & Catharina nati ſcilicet hic Dominus Iongama, & Decama viri nobiliſsimi & præſtantiſsimi, eo caſu, quo Impetrans, & ejus frater ſine hæredibus diſcederent, Dominæ Sioucæ, nunc ejus liberis hiſce Camſteranis, ad preſens hoc arcis legatum, de jure & facto, erint præferẽdi, i ne verba hæc **in manierẽ tot allen tyden** (nota) **als voorgheſchreven**/ contra circumſtantiarum reſpectum, rationis diſcrimen, modum ſubjectę materię, ſive ambitum rei præſentis

e) *In verb. pro cauto ad d.l. prætor ait §. interdictũ ff. ſi cert. petat l. ſtipulationum & ib Bart. nu, 2, ff, de jur, dot, text, in l, nominis §, verbũ ff, de verb ſignif.*

f) *Bart, in l, de quibus nu 4, de legib.*

g) *L, Titius cum l, ſequenti ff. de hæred inſtit, Bart, in l, 2, nu. 3, C, ad trebel,*

h) *Iuxt, l, 3, ff. de legat, 1, l, non recte c, de fidejuſſ, l, 3, in princ, ff, de lib, & poſt l. ſi quis ſempromam ff, de hæredib, inſtit, l, 1, & 2, ff, de pecul, leg. §, ſi quis ancillas inſtit, de lega, & vid, Bart, ad l, unic, nu 1, ff, ſi pend, ap, mors intr*

i) *Iuxt. Bart in l, ſi duo patroni num 3, ff, de jure jur.*

Digitized by Google

tis, & teſtatoris denique ſingulariſsimum arbitratũ, ſua vera legitima, & ex allegatis legibus ipſis reſultanti & debita operatione deſtituantur, quod utpote impoſsibile fieri non debet nec poteſt, poſtquam hi pro ſeſe habeant, teſtatoris Eponis expreſſam & tacitam ſuperius legibus probatam dictam ſubſtitutionem, aut ad minimum violentam & arduam præſumtionem, pro plena probatione habẽdam, & expreſſæ confeſsioni ſimilem *Iuxt. l. ille qui C. ad l. Iul. de Adult.* illi Camſterani autem, nihil, niſi falſiſsimam, unius vocabuli Bern/ aut comparativi aldſt/ omnium terrarum ſtatuta & leges, & rationes turpiter infringentis interpretationẽ, per ſuperiorum irrefutabilium legum, ac idem vocabulum Bern/ poſteriorum verborum tinnitum ſententiarum majeſtatem, argumentorum ſplendorem maſculinitatis ubique probatam curam, & amorẽ, teſtatorum acumen, quo ad fœminam, nullo modo hoc caſu trahendum explicans, caſſans, & annullans.

Res magis, quam vocabula & nomina conſiderari debẽt Iuxt. text. in l. human a aures 22. q. 5.

Quibus tertium axioma, aut thema abundè probatũ & ad ejuſdem prætenſas refutationes paulumum deſcendendum eſſe arbitramur, ne tantillum ſupereſſe dicatur, quo Rei injuſtiſsimos ſuos conatus, & falſiſsima argumenta alieno hactenus exercitato fuco, & colore longiùs & diutiùs circum veſtire & diverſis Laucumanorum teſtamentis fraudulenter obſtrepere queant.

Tertij Axiomatis probatiorum finis, & ejuſdem objectionum refutationes.

Object.

In primis objici poteſt Dominam Sioucam ho-

rum Aviam, ſeniorem Scheltonis prolem, de familia Laucuma prognatam fuiſſe, per mariti ſui curã, onera familiæ Laucumanæ ſive deputato Domino Poſſeſſori, & antiſtiti ex præceptó teſtatoris incũbentia, quam facillimè ſuſtineri, & arcis legata hoc modo in infinitum, abſque ulla diviſione & alienatione uſurpari potuiſſe, per ſuos ſucceſſores maſculos ex Camſterana familia naſcituros.*

** Iuxta Camſterana, authore carentem ſatis refutatam, & noviter ex abrupto, in lucem projectã Anacephaleo.*

Quæ exceptio licet ex ſuperioribus copioſiſsime refutata cognoſcatur, tamen paucis utpote ridicula, puerilis & inanis paucis in nihilum diſſolvetur, & probabitur eandem & alias annexas ſub prætextu vocabuli Bern/ etiam hominem [a] denotantis, nihil operari poſſe. Quandoquidem nullo modo quæſtio in propoſito eſt, an hic vel ille ducens filiam, ex Laucumana familia in uxorem poſsit onera ſuſtinere, quæ Teſtator, ſuſtinenda eſſe demandaverit.

a) Iuxt. l. hominis de verb. ſignif. fortè ex l. 13. de ſuis & legit.

Solutio ex ſubſequentibus.

Exẽpla quæſtionum ad ſubjectam materiam, minimè pertinentium, attamen à parte Camſterana diverſi mode diſtortarum.

Item nec quæſtio in propoſito controvertitur, an ſub vocabulo Bern/ quoque fœmina comprehendatur, nec queritur, generaliter prolata, generaliter eſſe intelligenda. ([b]

b) Iuxt. Bald. in l. fin in fin. C. de hæred. vel. act. vend. & in c. 1. in princ. de feud nõ hab. prop. nat. feud.

Item non quæritur, ſi teſtator inſtituiſſet cum clauſula, ſi ſine filiis diſcederet, num eo caſu filia veniret, & ſubſtitutum excluderet. *Iuxt. Iohã Andr. & Anton. de But. in c. Rainoldus extr. de teſtam. Alex. de Imol conſ. 55. ponderatis col. fin. lib. 3. & cõſ. 17. circumſpectis lib. 7. Socyn. conſ. 55. lib. 3. Dec. conſ. 15.*

Runi

Runi. conſ. 143. & conſ, 144. & conſ. 152. 153. & conſ. 154. vol. 2.

Item non quæritur hic quoque, an pronunciaio ſermonis, in ſexu maſculino, ad utrumque ſexim porregi poſsit. *Iuxt, l. 1. & l. pronunciatio ff. de verb ſignif.* *Object. Camſterana.*

Item nec litigatur, Deum Optimum Maximum quali benignitate, miſericordia, & gratia, fæminas, quam maſculos, ſuper bonis operibus proſequi, cum multis aliis, ſatis ſtultiſsimè extra materiam controverſam, in *Art. 362. quadruplicæ, ante ſent. à ua à parte Camſterana adductis.* *Quæſtionis vera ratio, priores ſatis eludens.*

Sed quæſtio, ſola hæc in propoſito dignoſcitur ſſe, anne teſtator, D. Epo à Laucuma, ſui defunti patris teſtamento alligatus, poſteritatem Laucumanam, præ aliis familiis, ad hanc arcem præfeendam, & in perpetuum, in eadem ſerie, donec maſculi ſupereſſent, permanſuram eſſe voluerit,

Hoc ſic eſſe, tribus prioribus axiomatibus ſatis luculenter, irrefutabilibus legum rationibus, & teſtamentorum viribus, apertiſsimiſque eorum contextibus docuimus, ſic ut in fraudem voluntatis expreſſæ[a] imo nec conjecturatæ[b] ſive conjecturatæ defunctorum, adverſariorum dictæ ineptiſsimæ objectiones, hoc caſu, (etiam ſi defuncta Sicuca duplici natura, nimirum virili & fæminea pariter præpolluiſſet, & ſic deſcendentes, Iuxta Reorum abſurdiſſimam,

a) Iul. Clar, in tract, de teſtam. 4. 76. pariſ. conſ. 41. nu. 15, & conſ. 51. nu. 6 & conſ. 78. nu. 16. & cõs. 40.

b Iuxt. l. cum proponebatur in fin. ff. de lega. 2, Doct. in l. 1. nu, 4. C. de Coll. Guid. Pap. conſ. 87. nu. 2. in fin. gloſ. & Dd. in d. l. ſervus plurium §. fin. ff. de legat. 1. & in l. voluntatis & in l. cum virũ. in fin. C. de fidei cõ. Guid. pap dict. conſ. 87. nu. 3.

diſſimam, nunc noviter, ex occultis, in lucem projectam falſiſsimam Anacephaleoſin active, contra naturam propagare potuiſſet, propter) manifeſtam domini Scheltonis, & Sicconis Laucumanam deſcendentem prælatam poſteritatem, hanc Camſteranam excludentem. *l. cum prætor. ff. de judic.* nihil præjudicii afferre, quorum reſpectu, ſub involucro hujus peſsime diſtorti vocabuli Bern/ bona hæc Laucumana agnatica, alienationi, ſive pernitioſiſſimæ alterius familiæ uſicapioni minimè, ſub jacere poterint.

Brutis amantibus naturaliter ineſt antiquas ſuas ſpeluncas deſedere.

Quandoquidem leopardi, leones, urſi, vulpeculæ, lupi, cæteraque rapaciſsima animalia, ſuas antiquas ſpeluncas amant, eaſdem non relinquunt, niſi viribus armorũ iiſdem ſpolientur & expellantur.

Volatilia.

Quid taceam volatilia, utpote cygnos, corvos, hirundines, alaudas, accipitres, milvos, aquilas, ciconias, turtures, picas, & ſimilia id genus, quæ tẽpore hyberno, injuriis tempeſtatum factos ruinoſos nidos reficiunt, & ſummis laboribus reſtaurant, imo Ciconiæ dictæ, contra injuſtas occupatrices bellum ſuſcipiunt, idem non omittunt, niſi ſuis roſtris expanſis, magno impetu contrariam partem, aut in fugam converterint, aut morti ipſi tradiderint Hæc adeo notoria ſunt, ut ad inſtar ſingulariſſimi amoris, in tantis naturæ fontibus latentis, & ipſos homines tanto acrius ad conſervationem agnaticarum domuorum moventis, de iiſdem dubitari non poſsit.

Mirabile bellum Ciconiæ.

Sic

Sicut Camſterani dicti abhorrerent à prioribus njuſtis contradictionibus, & ſemetipſos agnoſce- ent, inſuperque ſeſe, ad ſummam iracundiam, i- no inopiam mentis tractum iri judicarēt, ſi eorun- lem principalem agnaticam domum, per unicum antum vocabulum Bern/ ubique ſecuritatem ſuę amiliæ eloquens, ab alio peregrino rapi, imo quod leteſtabilius, & pejus eſt, per hunc vel illum, con- ra demortuorum ſuorum majorum conformes ul- imas voluntates, injuſtis mediis ſibi, auferri, coge- entur.

Ergo, quod ſibi fieri nollent, ſuo Domino mag- o avunculo huic Impetranti, minimè facerent co- gitarentq́ue Dominum Eponem à Laucuma, tam eviter, & futiliter in omnium ſuorum generoſiſ- imorum defunctorum deſpectum, & propriæ ul- imæ voluntatis clauſularum deſtructionem, hanc rcem præſētem, extra ſuam familiam, per unicum llud vocabulum Bern/tantum digniorem, magis doneum, aptiorem, & accommodatiorem, virtute idjectæ explicationis, ſitiens, ad hanc familiam Camſteranam à ſua remotiſsimam, neque ullius a- noris, benevolentiæ, aut favoris ratione, illud cau- ante, præcipitare, & in conſultius ipſis fætis beſtiis & volatilibus, eandem aliorum fœdiſsimis lucris, ninimè adjicere voluiſſe, quemadmodum quilibet ſuperioribus deductis & probatis, inſtructus, non autumare, præſumere opinari, aut conjicere, ſed ex iſtimare, cenſere, & affirmare, & ſic Camſteranas objectiones omnibus legibus, rationibus tanquam

Nemo alterius damno ſe locupletabitur.

a) *Ad jur. abique allegata*

b) *Text. in l. in fundo ff. de rei vindic & in l. ſi emtionem ff. de minor. 25. an tex. in l. Lex quæ tutores, §. ergo. C. de adm, tut.*

c) *Bald. & Dd. ad l. maximū vitiū C. delib, præter. caſt, conſil. 79. Socin. Iun. conſ. 168. nu. 26. vol. 2. & cōſ 65, nu. 3, Guid Pap. q. 885. nu, 1. & 2. & conſ. 87. nu. 2. argum. l. 1, §. 1, ff. de vent, inſpic. Itē §. vetuſtas inſtit. de hæred, q, ab inteſt, & §, quo ad fœminas inſtit, de leg, agn, ſucceſſ, &c, cum aliis ſuperius annotatis.*

diſſonas, contrarias, & quaſi argutiis, omnibuſque falſitatibus plenas aſpernari, contemnere, repudiare, imo peſſundare compellitur, maximè tale hæreditariū caſtrum in familia per maſculos [a] cum ſervetur, extra eandem exire, ut videamus, Imperator affirmat eſſe luctuoſum. [b]

Porrò nec obſtat, quod adverſarii perperam & fallaciter obtrudunt, defunctum teſtatorem, familiæ ſuæ rationem in ſuo teſtamento neque unica ſyllaba habuiſſe. Quod ipſum è Diametro contrarium, ex ſenioris defuncti Scheltonis teſtamento apparet, qui præter id quod confiteatur hoc Caſtrum ipſi à ſuo avo (nota) fuiſſe obventum, deinde primo ſeniorem, deinde huic morto ſecundū, cui, tertium, huic demortuo fratrem, & ſic quater & horum viduas quaſi inhumaniſsime excludens, & hic præſens Epo autem, juxta ſuperius deducta, primo Scheltonem, cui in poſteritate ſua extincto Sicconem, & ſic decies, aut undecies reſpective maſculos maſculis ſubſtituiſſe, aut ſibi invicem ſucceſſiſſe inveniuntur. Quid quæſo apertiùs in alicujus familiæ recommendationem, curam, & ardorem, requiri poteſt? Quæ familia per ſolos hoſce inſtitutos maſculos honoratur, perpetuatur & de ævo, ad ævum, ad poſteros tranſmittitur [c] ergo dignitas, per vocabulum voorſtander/ domus de Heere ende poſſeſſor/ Sil in perſona cum ſimilibus elucens, & per fide, per Reos in ſua duplica art. 447. & 245. reviſionis negata, tam manifeſte expreſſa eſt per teſtatores, ut Rei, veræ calumniæ operam navaſſe cōvincantur.

Digitized by Google

incantur, quatenus ſuper vocabulo dicto **voor-**
ſonder luce meridiana clarius ſuperius, manifeſtave-
mus prolixius, ad quæ me ſtudio brevitatis refero,
uibus hæc adjicere debui quò ſuperiora, tanto cer-
iùs, indoctiſsimas oblocutiones adverſariorū depri-
iere viderentur: Negari non poteſt, etiam maſcu-
rū ꝓbatis prelationibus ceſſantibus, defunctū do-
iinum Eponē à Laucuma, per nudā domus Laucu-
ianæ factā mentionē non clariùs, perfectiùs, & di-
icidiùs, ſuæ generoſe familię rationē, æſtimationē,
curam habere potuiſſe, quam per vocabulū, **voor-**
ſonder/ ædium inhabitationem, per maſculos ex-
ceri voluiſſe demandaverit, per quam familiæ no-
rius honor, & ſplēdor reſultat, & exoritur. Quod
uangeliſta *Luc. capit.* 2. oſtenſurus ſcilicet domum
ro familia multoties poni, Chriſtum Ieſum de
omo, ſive familia regia eſſe natum, ait. Aſcendit
ıtem & Ioſeph à Galilea de Civitate Nazareth in
ıdæam, in Civitatem David, quæ vocatur Bethla-
em, eo, quod eſſet, (nota) de domo, & familia
David. Vbi domum & familiam pari, ſive cœqua-
dignitati aſsimulat, cui jure conſulti conſentien-
es, dicunt, agnaticam domum, pro familia hic ac-
ipiēdam, non ad illegitimos ſed tantūmodo legiti-
ıos pertinere. *Iuxt Bald in l. certum 4. colum. C. Vnd*
git. l. 1. in princ. ff. ad Syll. ubi Iacob. d. Arett. l. cum u-
us in prin. ff. de alim. l. Cui adfine eſt, quod quidam
Galaad teſtatur, qui multos filios legitimos, ſed u-
ium illegitimum Iephte nomine habuiſſe legitur,
quem patre mortuo, legitimi expulerunt, dicentes,
quia ex illegitimo thoro natus es in domo (nota)

Domus pro agnatione ſumitur: l. cum unus in princ de alni & cimber. l. & in l. prin. ad Syll. Virgil. lib. 5. Eneid fol. 334. & lib. 11. fol. 571.

Digitized by Google

patris noſtri nobiſcum eſſe non poteris. *vid. judic. 11. capit.* Hac ratione motus Abraham illegitimũ filiũ, ex concubina Ager natum, una cum Matre Domo expulit, & Iſaacũ ſecundum Dei præceptum, apud ſe retinuit. *Geneſ. capit. 21.* Ex his colligitur quantis curis Domuorum authoritatibus auſcultetur, & quales inſignes nobilitates ex iiſdem promanant. Turpiſsimè ergo per Cãſteranos advocatos allegatum eſſe videatur, teſtatorem ne unica ſyllaba mentionem ſuæ familiæ feciſſe, qui ubique fæminas ſecundum ſacram ſcripturam num. 27, ab hac domo Laucuma, exiſtentibus maſculis excluſit, repulit, & ſeparavit: Nec juvat,[a] ſecundum Reorum 112. articulum duplicæ in puncto reviſionis productæ, quaſi ignotis per fideicommiſſum relinqui, & ſic teſtatoris Eponis à Laucuma adjectum vocabulũ Bern/ ad diu, poſt ejus mortem naſcituram utpote incognitam extendi poſſe. *Iuxt. l. extraneum C. de hæred. inſtit. & § fin. inſt. eod.*

Objectio inanis.

Quoniam hoc intelligendum erit, eo caſu quo illud vocabulum Bern/ extra præeminentiã maſculinitatis poſitum inveniatur, in propoſito ſatis probatum eſt, illud idem, in prælationem dignioris, aptioris, & præſtantioris ex Laucumanis, ſive maſculis in media ſtructura teſtamenti eligendi eſſe adjectum, & ſic illud idem ad unquam cognitas, propter mutatas haſce qualitates aut adhuc naſcituram propter quoque tacitam ſuperius probatam mulierum ſive duarum ſororum earundemque prolium ſubſtitutionem, ratione nulla, flecti,

aut

aut trahi poſſe, ꝙ mutata qualitate mutetur[b] jus.

b) L. hoc legatum ff. de legat. 3. & l. ſi ſciens de contrah. emt. cum. mult. ibid. aliis.

Omnium, peſsima eſt hæc Reorum contradictio in ipſorum articulis 107. 518. 519. & aliis locis duplice, in puncto reviſionis diverſis mendaciis ſcatẽtis exhibitæ inſuper art. 9, & 86. duplicæ ant. ſent à qua, expreſſa, & allegata, qua ſuſtinere non erubeſcunt, teſtatorem ſuæ familiæ rationem non habuiſſe condemnãdo ſui fratris filium Scheltonem, quo ſepulto, Sicconem, tu ex Herema familia ſub pœna privationis filiam, in uxorem duceret.

Objectio ſtultiſſima.

O ſtolidiſſimum & ineptiſsimum meris calumniis abundans argumentandi genus. Tune igitur, ut tecum congrediar, inſane legum perturbator, talia prætendere audes?

Exclamatio ardens.

Et ego contrarium docebo, ſcilicet hujus contrahendi matrimonii à teſtatore probatam curam, & ſollicitudinem. Item Cœnobii Cathuſerani prętenſam minatoriam mentionem Laucumanæ familiæ honorem, exiſtimationem, & ſplendorem operari, ſive importare.

Contrarium ſuſtinetur.

Haſce ob cauſas, quod quilibet præſertim nobilis & generoſus, qualis hic Dominus Epo à Laucuma fuit, magis exoptet, & ſperet ut ſuus ſucceſſor, hæres, aut ſpecialiter hoc caſtro honoratus, non propria ſponte, in conſiderate, quaſi Lenociniis obcæcatus, ex indigna, levi, ſordida, ac deſpecta, ſed potius ſplendida, ſibi coæquali, correſpondente cõ-

venienti, & ſimili præſtanti proſapia oriundam ſolertem, pudicam, caſtam, probam, moribus ornatam humanam, formoſam, religionis ſuæ amantem, & tandem, rei intrinſecæ domeſticæ & prolium naſciturarum ſtudioſam ducat, & ſatis dotatam, quam negligentem, vafram, libidinoſam, plateæ calcatricem, garrulam, & loquacem licet ditiorem uxorem ducat, juxta illud.

Dotes muliebres deſcribuntur.

Vitia muliebria.

Conjugium quod turpis amor, fœduſque Cupido,
Copulat inſtabile eſt, & mox peritura voluptas.

Hoc conſiderans dictus Dominus Epo prudentiſsimus ideoquo exiſtimandus, ex ſuo præcepto, condemnavit ſuum legatarium, virginem Heremanam, ſub dicta hac pœna privationis, utpote ſibi ratione bonorum, morum, honeſtarum qualitatum, aliarumque mox enumeratarum virginearum dotium, notiſsimam ducere, quaſi eloqui, & denotare vellet hoc ſuo ſpeciali facto, propter rei familiaris ſolertiam, honeſtatem, & huic Heremanæ vel utrique filiæ inhærentem modeſtiam, & elucentem ſynceritatem, hanc, alii diſidioſiori, pigriori, deformiori, aut virtutibus mulieribus jejuniori præferendam eſſe: Quod hujuſmodi virgines, majori cura & ſolertia, die nocteque, domeſtica diligentius tractare ſolitæ fuere, quarum operibus maritorum affectus, erga ipſas emolliuntur, firmiùs domi alliciuntur, ſumma, quicquid in familiæ ſuſtentationem emitur, adportatur & acquiritur, aptiùs, commodiùs & delectabilius reſpective conſumitur, & cuſtoditur, quod ipſum ex ſubſequentibus

Conſideratio magna.

Ratio teſtatoris certiſsima.

ſequentibus cuivis, & ſuccinctivis percipere datur.

Regia penelope, conjunx abſentis Vlyſsi
Texere non ceſſat, pendula penſa gravat.
Vnde nec erubuit Romana Lucretia noctu,
Ancillas inter ducere fila manu.
Illa augmenta domus fœcundant jura mariti,
Pigra ſed hac conjunx, omnia perdit, iners.
Ancillæ ſimiles Dominæ per & otia luxum
Exitium quærunt, deinde Penia venit.
Hinc moveant, exempla veterū juvenemque coarctent
Ignavum ſibi ne quærat habere pecus.
Sed potius vigilem, quamvis ſine dote, refertam.
Viribus ingenij, ſedulitate probam.
Illud conjugium ſplendet, bonitate placetque.
Non bona ſed virtus quod dedit eſse Deo.

Laudes muliebres recenſentur.

Hæ filiæ Heremanæ, quemadmodum ex contextu teſtamenti colligitur, prioribus dotibus ornatæ viſæ fuerunt teſtatori, & quoque multifariā dotatæ, ſic ut reſpectus virtutum, bonorum, & familiæ Heremanæ ſplendor, dictum teſtatorem cōmoverit, ſuum ſucceſſorem hac ſplendida arce ditatum, talem in matrimonium ſollicitare, & ducere, ut ejus virtus, per congreſſum ſive coitum naturalem, partui cōcipiendo, ad effovendum in fūdi poſſet, quæ in fuſio, aut bonos, aut malos genitos ſecundum medicorum, & Philoſophorum ſētentias, efficit, & ſecundum naturam format, quod hiſce carminibus apertiùs ſignificatur.

Illatio ſuper filiabus heremanis.

Ratio certiſsima procreandæ ſobolis.

Diſtrahitur mulier quæ diligit ocia, multis
Illius immundus Spiritus oſſa regit.

X Hinc

Hinc inviſa Deo, ſimul eſt, & inutilis orbi.
Ne generet proles, labe premente ſuas,
Semina corrumpunt gnatos vitioſa parentum.
Gignenti genitum, par ſolet eſſe ſuo
Perpetuo durat virtus infuſa creandis,
Tendit & ad multos poſteritatis avos. &c.

Hæc eſt veriſsima teſtatoris ratio, quæ ipſum movit, fratris ſui filium utrumque, per vices, ad hoc legatum caſtri ſucceſſurum conſtringere, ut ex Gerholdi Herema, ex ſingulari proviſione, ſui ordinati teſtamenti inſuper executoris filiabus, ſibi uti aliquoties dictum perſpectis, & cum honore cognitis, unam in uxorem duceret, quia in eodem ſuo teſtamento condemnat eundem legatarium,* ut cum eadem ducta Heremana filia cohabitet ejus derelictæ viduæ Hilcanæ, aut Helenæ nomine idque in hiſce legatis ædibus, hanc ob cauſam, ut ab ipſa, utpote ſeniore, in arte domeſtica, ſive familiari, magis verſata & peritiore, non ſolum in cognita addiſceret, ſed quæ ſcitu neceſſaria forent, auſcultaret, ad quid alias verba hæc.

** Ex hoc juſſu teſtatoris, præcedentia verificantur.*

Item wil Epo voorgeſz / dat Schelto voorgeſz met Garrolts Dochter als voorgeſz als ſyn wooninge begrypen / toe Laukuma met Hylck voorgeſz ſullen woonen omme van haer te leerẽ ende hooren etc.

Quibus expreſsis teſtatoris rationibus accedit & illud, quod ſub pœna privationis adjectæ conditiones turpes, in convenientes, abſurdæ & irrationales

nales à conſtricto poſſint [a] reſpui, in honorabilis autem & excellentis matrimonii præſentis contrahẽdi certitudinem adjectæ pœnæ minimè, idq; maximè, hanc ob cauſam ſuperiorem, ut quilibet futurus pater familias, dignam, & honeſtam ſibi acquirat uxorem, non dilapidatricem, ſive incognitam abliguritricem, indignam, prout in talibus cauſis à proceribus Patriæ, nubiles fæmellæ & cęlibes maſculi, durius hujus teſtatoris præcepto, ſive pæna privationis inveniuntur obligati. *Vid lib.* 1 ordinationis Patriæ *in art*. 6. *&* 7. van houlijcken.*

a) Vid l 1. C de Iudæ. l. collegium C. de hered. inſtit. l. cum Senatus de reb. dub. text. in l. cõditiones 14. & l. quidam in ſuo ff. de cond in ſtet.

** Ius municipale confirmat teſtatoris rationem inducenda uxore.*

Ergo hæc Reorum ridicula, falſa, ſive omni fũdamento carens nulla lege, aut cauſa ſtabilita objectio nihil aliud operabitur, quã domus Laucumanæ perpetuitatem, virtutem, & gloriam tanto clarius extollat, è contrario, hoſce Reorum advocatos apertiſsimi mendacii denotans & convincit, dum ſibi ipſis contrarii articulo 230 ſuæ duplicæ reviſionis hoc modo judicialiter utpote priorum mendaciorum immemores progrediũtur: Dan beſtaet de gheheele quæſtie daerinne/ ofte de teſtator hec meer gedachte fideicommiſſe tot eere ende reputatie van zijn gheſlachte ofte art. 231. (gelijck de nature aengaende/ de affectie tuſſchen mans ende Vrouwen/ gheen onderſcheyt en maeckt) uit lief[..]e ende jonſt die hy tot zijn bloedt/ ende die daer uyt gheboren ſullen worden/ mach gedraghen hebben/ heeft ingheſtelt.

Advocatorum magna audacia & inconſiderata diſputatio

Virtute hujus unicæ, priori exceptioni falſiſsi-

mæ confeſsionis adverſantis, nonne Rei graviter peccant? dilinquunt? & enormiter veritatem conſpurcant, clara teſtamenti verba ſubvertentes, deſtruentes, demolientes, tollentes, delentes, ad ſeducendos Dominos reviſores, imo decipiendos maculantes, imo fœdantes, ſeſe omni veritatem ſuffocandi generi implicant, & malevolè involvũt? hoc modo digni ut præter cauſæ omiſs ionem ᵃ, inſuper graviter puniantur. (ᵇ

Pœna mendacij.

a) Iuxt. l. de atâte §. ſi quis cum eſſet ff. de inter. actio. Bart. l.in rem nu.6.& 7.ff.de rei vindic. text. in l.ſi dubitet.§.1.ff.de fidejuſs.l.ſed hoc ita §.1.ff.de re jud.l.unus in fin. ff. pro ſoc. Exod. 20. Exod. 13. Proverb.15. Proverb.19. Mendax peribit.

b) L.1.C.ad Macedon.l.fin.ff.de rei vind.l.cum qui ff. quod cum eo qui in alien.poteſt.eſt nego.geſt.eſſ.dicet. l.ſed etſi ex parte §.interdum dict. tit.l. qui cum ſedere judic.Bart.in Auth.item poſſeſſor.C.qui pot. in pign. hab. & auth. contr. qui propriam C. de non num. pecun.

Eſt enim talia allegare abſurdiſſiimum & futiliſſimum,quandoquidem, de eo ne quidem unica in ſyllaba teſtamenti, ſed quæſtionem hinc oriri conſtat, anne teſtator ſubſtituendo maſculos maſculis, ſuæ familiæ æternitati ſtuduerit, & per verbum illud **Eren**/ aut ſeniorem armis virtutum, aut ex junioribus alium aptiorem præſtantiorem, & validiorem eligendum eſſe voluerit, juxta omnia præcecedentia concinne, compoſite, convenienter,congrue conſentanee, ornate, & apte probata: ſic ut ſupervacaneum ſit diutiùs, Camſteranis nugis, &

rerum

rerum teſtimonia cavillantibus quiſquiliis aliiſque contradictionibus inhærere & calamum noſtrum defatigare iiſdem.

Et quo citiùs diſputandi finem laboribus imponere poſſim, ad quarti Thematis verificationem muturabimus.

QVARTI
AXIOMATIS PROBAT.

Quarti Axiomatis prob.

IN quo ſuſtinetur imperfectam ſcedulam paternam; inter liberos valere, vel utpote approbatam, juſtum effectum ſortiri, vel ſuper unici hujus vocabuli Bern/ explicatione fidem talem præmereri oportere, ut excluſa fæmella, eodem filius ſigificatus eſſe cognoſcatur.

Quantum ad primum membrum hujus attinet, notorii juris eſſe apparet, benignam diviſionē bonorum continentem nudam ſcripturam, ſine ſolemnitate, & teſtibus manu attamen patris propria conceptam, inter liberos valere [a].

Nuda patris manus ſufficit.

a) text. in l. inter omnes C. fam: erciſci. Dd. in auth. ſi modo C. eod. Alexand. conſil. 4. nu. 10. vol. 7. incip. attentis narrat. Zaſ. pulchre conſil. 1. volum. 1. Bald. & Iaſ. 16. Bart. in l. ſi is qui nu. 4. ff. de teſtam. Caſt. 16. nu. 5.

Si autem, hæc ſcedula acerbam exhæredationē contineat, aliter de ea ſentiendum erit, ſin autem diviſionem bonorum, uti dictum, & alicui libero-

Digitized by Google

rum in gloriam familiæ, plus quam alteri factum prælegatum comprehendat, b obtinebit.

b) Per text. in l. parentibus C. de in off. teſtam. Iaſ. 16. nu. 1. lex. in l. ex parte §. inteſtato. ff. famil. erciſ. & in l. quoties C. eod. tit. gloſſ. in verb. dividit. & comm. DD. text. in l. cum pater §. evictis ff. leg. 2. & in l. hac edictali C. de ſecund. nupt. in §. penult. auth. de nupt. Iaſ. in auth. Unde ſi parẽs. nu. 4. C. de in off. teſtã

Præſertim ſi ſit ſcedula, vel paterna voluntas cõformis, & obnoxia defunctorum, vel alterius prædeceſſoris ultimę volũtati, quod talis nuda ſcedula, omni de jure ſine ulla ſolemnitate concepta, æque utpote valida obſervabitur; modo probetur, (uti) in propoſito factum eſſe conſtat, eandem manu parentis, ſive genitoris eſſe ſcriptam. c

c) Bart. in l. fideicommiſſa §. quoties ff. de legat. 3. in auth. quod ſine de teſtam. Iac. de bell. in auth. de teſtam. imperf. Raph. & Paul. Caſt. in dict. auth. quod ſine ſed copioſiſſime omnium Phil. Corn. in conſil. 118 in hac conſultatione tom. 3. nu. 4. & vid. Franciſ. Hoton. in conſ. de teſtam. patris inter liberos 25. per tot.

Curiæ pronũciatum, ad normam juris redigẽdũ.

Ex his concluditur, Provincialis præſtantiſsimę Curiæ condemnationem, ut Impetrans originalẽ aliam produceret, nihil in propoſito odtinere poſſe, quoniam ſecundum ſuperiora præſens manu patris ſcripta diviſio concepta ſufficit tanquam originalis, ergo nullius momenti alterius originalis productio, Item hæc præſens paterna manus ſtabilitur & confirmatur documento *Sub lit. Dd. ante ſententiam à qua juxt. art. ſalvationum 360. 361. &*

362

362. exhibitum, ex quo elucet, Dominum nobilē Sicconem à Laucuma & Dominicū Roorda Steēwicæ Anno 1601. 21 Novemb. ex certa ſcientia teſtatori, ſe ab horum Reorum proavo materno, & ipetrantis defuncto patre Domino Scheltone à Laucuma audiviſſe, filium dictum Impetrantem, hoc arcis legato, ſecundum Eponis à Laucuma teſtamētum, à ſeſe honoratum iri, aut, ni fallor, honoratum eſſe, quod cum ex præſenti paterna manu factum eſſe conſtet, valebit illa, utpote firmiſsima. *Vid. expreſ. text. l. ſi cogitatione C. eod. fam. erciſ.* quod tali caſu, nobiliſsimi viri Dominici Roorda, & avunculi teſtatio, huic manui paternæ conſonans, in publicum inſtrumentum redacta, publicam fidem mereri debeat (a

Hic explicat pater Impetrantis, ſui patrui teſtamento injectum vocabulum Bern, dier alteſt is.

a) L. ult. C. arbit. tutel. & l. 1. C. de tabell. Bart. in l. ſi quis ex argentariys §. ſi initium nu. 5. ff. de edend. text in l. 1. ff. de fid. inſtrum. & l. 3. §. divus ff. de teſtib.

Quoniam inter omnes conſtat inſtrumenta per publicas perſonas confecta, quales prædictæ Civitatis Steenwicæ conſulum atteſtationes exiſtant, publicam fidem mereri. (b

b) L. ult. §. ſin autem & §. ult. C. arb. tutel. l. non donationibus §. non ſuperfluum & ibi gloſſ. in verb. ſub notatione C. de donat. auth. ad hac C. de fide inſtrum. l. geſta C. de re judic. & l. ſenſus ff. de probat.

Inſtrumenta publica.

Iudex enim ad hoc invigilat, ut acta, ad requiſitionem partis, prius coram ſe, in ſecreto, celebrata, & teſtes examinatos, poſtea in formam publicam

X 4 redigi,

redigi, & publicari curet, ac deinde judice, & teſtibus mortuis, ſemper, & ubique ipſam veritatẽ manifeſtent. Siquidem omnis judicis conatus eo tendere debet, ut non ſolũ in præſenti ſed etiã de futuro veritati, trãquillitati, & ſaluti publicę proſpiciatur.

Priora coadjuvat, quod hujus Impetrantis & defunctæ Sioucæ Reorum aviæ mater Iella ſive Helena à Decama, illud idem, cum Roorda nobili viro ſupradicto atteſtetur, ſub documento lit. C. C. producto de dato 15.80 30. Iulii huic paternæ atteſtationi addatur, ejus filiæ Luciæ quondam Domino de Eſſelbach. nuptæ, & nunc Coloniæ habitantis teſtimonium in ſalvationum articulis 272. 273. 274. ante ſententiam exhibitarum in ſuperfluam probationem, & Domini Sicconis à Laucuma ad huc Oſnabruggæ viventis nobilis Iulij D. Botnia nobilis Nicolai D. Iongama, præſentis quæſtoris generalis Phriſiæ, & Domini D. Sicconis à Decama atteſtationes art. 309. ſalvationum, ante Sẽt à qua prolatæ ponderentur, quibus & reliquorum teſtium dictis, convincuntur adverſarii, non Dominum Impetrantem, ſed horum matrem aliam originalem paternam diſpoſitionem exhibere, aut ejus ſubtractæ veram cauſam & authorem [a] habendum, & ideo tam diu, abſque ullla contra dictione ab hac manu ſtandum eſſe, donec in contrarium, aut huic obloquens, alia originalis producatur, ne tãtorum fide digniſsimorum teſtium atteſtationes, in familiæ Laucumanæ perpetuitatem tendentes, & unanimiter concordantes, & ſic affirmantes, cẽtum

[a] *Vid. Impetrant ſalvatio nunc articulos 243. 244. 245. 246. 247. cum multis ib. ſequẽtis autem accipitur ſcire, qui ſcit, & potuit ſactas claustrorum reſerationes, & obſignationes, ne quicquam aperiretur prohibere iuxt. l. 1. ff ſi fam. furt. fecit. dicet §. ſcienciã enim*

tum ſive mille negantibus, juxta *Panorm. in c. cum in tua nu. 2. de teſtib. & vid. Innoc in c. ſuper hoc de renun* reorum objectionibus & reprobationibus rejiciendis, præferendi, meris & frivolis Reorum calumniis deludantur, ſupprimantur, frivole, contra omnia jura, in validentur, ſive tollantur, aut malitioſe deſtruuntur, quod fieri non debet, dum horum teſtimonia validiſsima exiſtimentur. *Gloſ. in c. conſanguinei verſ. inter parentes ib. ſed quid. ſi teſtis ſit conſanguineus, Lomfran. & vid. lat. art. ſalvat.* 284. ne ex vitio. Suæ defunctæ, aviæ notorio, contra expreſſum tenorem Eponis à Laucuma teſtamenti, hanc gentilitiam arcem, injuſtis mediis, & doloſis nudis explicationibus, unius vocabuli Bern/ ubiq, maſculi dignitatem exprimentis, rapiant, & in honeſte ad ſuos uſus transferant, quod ipſum ſuper primo, ſecundo & tertio themate ſufficienter, & latius ne hoc fieri poſsit, docuimus.

Nunc ſecundum membrũ hujus thematis probabimus, nempè ſi non ſubſtiteret hęc manus (uti) ſecundum ſuperiora jura, & firmiſsimas rationes maximè, anne illa propter diverſos actus approbata eſſe videatur. Quod omnino factũ eſſe opinamur: dum ſecundum eandem, ſive ejuſdem tenorẽ Impetrantis & ſuarum ſeptem ſororum, inter quas & hujus Dominæ Sioucæ connumerandæ ſororis utpote majoris natu communis mater* à morte ſui mariti Domini Scheltonis à Laucuma, ad extremum vitæ diem, non ſolum, tanquam uſufructuaria hanc arcem, cum annexis poſſederit, ſed etiam, poſt mortem ejus reliqua bona, inter liberos omnes participata, & diviſa fuerint, per quem con

Secundi membri probatio

**Vſusfructus conſtitutio nudam paternam manũ confirmat.*

Digitized by Google

ceſſum,& à liberis approbatum uſumfructum,manus paterna præſens defuncti patris utpote perfectiſsimè facta ultima voluntas,nunc improbari nequibit, cum id quod ſemel omnibus, tam præſentibus, quam abſentibus liberis placuerit amplius, nunc poſt maternam ſubſecutam mortem diſplicere non debet. (a

a) Iuxt.l.quod ſemel de reg.jur 23.q.5.cap. horrendus 8.q.2.c.cum dilectiſsimi c. quando conſultationem x. de re jud.c.præterea de teſt.l.ſi dictum.§.ſi præſente ff de eviction.l.ſi per errorem §.1.ff.de juris om.judic.l. ſicut initio C.de action.& oblig.l. labeo §. tametſi ff. de recept.arbitr.& l.de contract. C.de reſcind. vend.

Nam ex eo, quod tempore paternæ mortis, & diu poſtea maternæ uſufructuariæ authoritati non contradixerit, tacitè videtur omnia approbaſſe ,[b] ab exemplo domini cujuſdam, qui ſciens ſervum, in peculiari merce negociari, ſua patientia obligatur, tribuloria.[c]

b) l. unic. in fin. ff. naut. caupo ſtab.

c) l. 1. ff. de tribut.

Ita Reorum avia cum ſuis ſex ſororibus & duobus fratribus, patiendo matrem in uſufructu ad extremum & ultimum diem perſiſtere, ſui Domini patris expreſſæ voluntati, & ſimili patientia ſe obligaſſe videtur [d], ne unquam dictæ manui, contraveniat, neque quod ſemel approbaverat, nunc improbare præſumat, quod jura non admittunt. (e

d) Quia, approbans vluntatem eandem implere tenetur text.in l,non eſt dubiũ C. de teſtã.l.parentibus C. de inoff.teſtament.

e) L. Pomponius ſcribit de negot.geſt. & l. ſi uxor ſub fin.ff.ad l.Iul.de adult.l.non tantùm & l. cum minor ff.rem.rat.haber.text.in l.fin.C.ad ſenat. Maced. c rati habitio de reg.jur.in 6.text.in l. ſi fundus §.1.ff. de pign. & hypoth. Bart. in l. ſi tutor. nu.3. C. in quib.cauſ.reſt.non eſt neceſſ.l.quod enim tutore §.Iulianus

lianus ff.rem.rat.& l.1.§.pœnæ ff.de lib.agnoſ.

Quibus legibus docetur *aliquem negocium ſuo nomine geſtum, quamvis malè approbaſſe, tamen poſtea illud improbare non poſſe.* Simili modo maritus *ſi uxoris ſuæ mores ſemel approbaverit, poſtea vituperare nequit. L.cum mulier ff.ſolut. matrim.l.unic.in fin.ff. furt.naut.adv.* Pertinet & illud in priorũ *confirmationem, quod qui teſtes licet inhabiles, ſemel admiſerit, poſtea illos ut inhabiles reſpuere illi non datur. Text. in l.ſi quis teſt.& l.ſi uxor §.fin. ff.ad l.Iul.de adult.* Imò quod plus eſt *Dominus falſi procuratoris actũ, ratum habere poteſt, & valet, quaſi ſuo nomine rite geſtum eſſet, nec permittitur illi in poſterum conqueri Iuxt.text.in l.licet.ff.de jud.gl.in l.2. in verb. & qui C.ſi ex falſ.inſtrũ.& l.3. §.falſus ff.rem.rat. haber.* Nihil itáque mirum quod defuncta *Domina Siouca à Laucuma paternam inter liberos ſacroſanctè æſtimandam ultimæ voluntatis manum cum cæteris coheredibus, diverſis temporum vicibus bonorum diviſionem ineundo, aperto ſuo facto approbaverit, & ratam habuerit, contra quam approbationem, ſive virtute ejuſdem, bonorum ſeparatam aſſignationem, aut dictæ paternæ manus propriam confeſſionem, illa ſi viveret, ut pote convicta. Iuxt.l.unic.C.de confeſſ.l.ſicut C.de repud.hæred.l.ſi adverſus C. de fid. inſtru.& l.1.ff.eod.l.noluit.§.quod ait prætor. ff. de inter. action. Multo minus ejuſdem hæredes reclamare non poſſunt. Vid.apert.text.in l.donari §. quidam ff. de donat. gener. tit. l. error facti de jur. & fact. ignor.*

Illegitima ſemel approbata poſtea inprobari nõ poſſunt.

Quòd ſi nunc Rei domini Camſterani objicerent, hanc manu patris ſcriptam copiam non poſſe approbari, (ut ſecundum ſuperiora, maximè, cũ

id quod per ſe inutile ſit, tractu temporis non convaleſcat, *f* reſpondetur ſolum tempus non eſſe modum, ut vitioſa convaleſcant, ſed facta hominis accedentia hoc efficere, naturali ratione comprobatur, nam quemadmodum paries ruinoſus columnis ſuffultus ſervatur, mancus, claudus & debilis ſcipione nititur, ſic actus hominum per ſe infirmi, non ſolo tempore convaleſcunt, ſed accedentibus hominum factis ſuſtinentur & approbantur, unde reſpondet legis lator, donationes invalidas, durante officio in rectorem Civitatis collatas, ſi depoſito officio, denuo confirmentur, vel quinquinnale tempus præterierit, quo nulla querela, ſuper iiſdem fuerit mota, ratas manere. (*a*

f) Iuxt. l. quod ab initio de reg. jur.

a) Text. in l. 1. in prin. C. de cond. judi.

NBene quinquinnale tẽ.

Quòd adeo verum eſt, ut etiam illegitimæ donationes comprobatæ, effectum ſortiri debeant. (*b*

Dõ. Sicut a ultra 20. annos paternã manum tacendo approbavit, & in uſu fructus conſtitutionẽ re, & facto conſẽſit ergo.

b) L. cũ donationibus C. de in off. donat.

Imo & invalidum, ſive inutilem tutoris contractum pupillus, factus major approbare poteſt, *c* & ratum habere illud, quod ipſe, in minore ætate geſſit. (*d*

c) Bart. ad l. ſi in rem nu. 2. ſi alien res pign. dat ſit.

d) Text. in l. fin. C. ſi major fact. rat. habuer.

Talis approbatio inutilium, non ſolum in contractibus, ſed & in ultimis voluntatibus recepta eſt, unde filius familias præteritus, tacens per annum, facit convaleſcere *e* patris teſtamentum de jure prętorio.

Filius famil. tacens per annum.

e) Bart. ad l. ſi impubes §. quaſitum nu. 1. ff. ad Carbon. edictum.

Et

Et ſic tacendo, videtur inutilem patris voluntatem approbare. (f

f) Idem Bart. ad l. uxoris nu. 1. C. poſt. hæred. inſt. & ad l. filio nu. 3. de injuſs. nupt.

Quòd adeò obtinet, licet filius ſub impoſſibili conditione inſtitui nequeat, & ita inſtitutus fuerit non valebit patris teſtamentum.

g) L. Lucius Titius. de condit. inſtit.

Tamen ſi poſtea apparuerit idem teſtamentum à filio hoc modo inſtituto, aliqua in parte approbatũ eſſe, certè illud, tanquam validum exiſtimabitur. h

h) Bart. ad l. 1. nu. 12. de condit. inſtit.

Quãto magis juſta paterna diviſio ſive ultima voluntas, ſua familia ſeparatum legatum aſſignatum, ſecundũ defunctorum placitum defendens, per multos annos approbata valebit.

Profectò, tam favorabile eſt ultimæ voluntatis elogium, ut ſi quo ad ſcripturam non valeat, ſaltem conſciẽtia relicti fideicommiſsi ſuſtineatur, & ideò quod ex tali voluntate ſolutum eſt, repetitioni minimè locus. (i

i) L. 1. & 2. c. de fideicomm.

Eodem modo huc pertinet, quod ait Marcellus. k

k) In l. ſi Patronus §. de illo ff. de donat.

De illo dubitari poteſt, qui quod per falcidiam, retinere poterat, voluntatem teſtatoris ſecutus, ſpopondit, ſe daturum, ſed magis eſt, ut non poſſit, ſuæ confeſſioni obviare. (l

l) L. Penult. C. de pact. & l. generaliter C. de non. num. Pecun.

Quemadmodum enim ſi ſolviſſet, fidem teſtatori adimpliſſe videbatur, & nulla ei repetitio *) conceſſa fuerat, ita & ſtipulatione præcedente, contra fidem teſtatoris, quam agnovit, venienti ei merito occurretur.

*) *text. eſt in l, cujus per errorem l. donari ff. de reg. jur. & vid. Bart. ad l. 1. nu, 1. de condict. indebit, non tantum verbis, ſed etiã actu ratum haberi poteſt tex. in l. non tantũ ff. rem. rat. haberi.*

Paterna manus inviolabiliſsima probatur.

Quibus propoſito noſtro convenientibus legibus benè applicatis, manifeſtè apparet, defunctam domicellam Sioucam Impetrantis ſororem, ſi parens ejus Dom. Schelto à Laucuma inutiliter ſuam voluntatem coram ſupra nominatis præſtantiſsimis teſtibus, tantum nudis verbis manifeſtaſſet, ſive eandem inſufficienter in ſcedulam, vel carthabellam, aut in aliam viliorem quodammodo illegibilem copiam, ſua multis & diverſis bonis viris notiſsima propria manu redegiſſet, æque inutilem, ſive invalidam, quanto magis præſentem legibilem & de jure ſuperius probato ſubſiſtentem hanc paternam voluntatem, tam expreſſe, quam tacitè, imo re, & facto, diuturna ſua taciturnitate, maritique ſui conſenſu accedente, propter conceſſum, & dictæ dominæ matri Iellæ à Decama legatum & relictum arcis eorundemque bonorum annexorum uſum-fructum, & alios ſuæ patientiæ & dictæ diuturnæ taciturnitatis actus, ſatis approbaſſe confirmaſſe, ratoſque habuiſſe quoque id, quod ſe permittente inſuper, in favorem abſētis filii, hujus Impetrantis, per demortuam matrem factum dictum & ſcriptum invenitur, quæ omnia ex Domini Impetrantis doctiſsimis ſalvationibus, ante ſententiam à qua, Domini reviſores haurire a) poterint, unde

a) *Vid. earũdem ſalvationum art. 310. 311. & præcipuè art. 312 313. 314 315. 316. 317 318. 319. 320 & perpende principaliter art. 328. 329 330 maximè 334. 335. 336 cum multis præced. & ſequentibus.*

nec

nec illi Dominæ Sioucæ, ſi hoc momento viveret, contra fidem propriam, & ſui honorandi demortui genitoris propria manu ſcriptam voluntatis teſtationem, ſub prætextu originalis deperditæ, ſed potius falſiſſime ſubtractæ, & doloſe igni traditæ, vel perfide ſuffocatæ, quam tanto tempore agnovit, nunc litigaturæ, maximè ejus nepotibus, hiſce Camſteranis, ſilentium imponendum erit, [*a d.) Dict. l. ſi patronus de illo de donation.* *deviſio ſine ſcriptis valet quanto magis in ſcriptis redacta.*

Quod adeò verum eſt, ut ſi neque ulla ſcriptura paterna hęc (uti maximè) facta fuiſſet, nunc probatam continuari, & obſervari oporteret. *juxt. expreſſ. text. in l. nō ideo C. fā, erciſ.* & ſic nō cattendēda alterius originalis productione, nuda hæc pręsēs ꝓducta & probata paterna manu ſcripta teſtatio, utpote firmiſsima imo etiamſi inſolennis eſſet, reverenter & magna cum authoritate obtinebit, quam Iudex ſequi conſtringitur & tenetur. *Iuxt. expreſſ. text. in l. filij C. eodem l. ſi cogitatione C. dict. tit. & l.* inter omnes C. eodē: Præſertim ex in margine deſignatis, & præcipuè *328, 329.* 334. 335. articulis apparet, hanc dominam Sioucam, quondam, ſuam matrem interrogaſſe, numnam ipſi poſt mortem, arx Laucumana non competeret, reſpondit mater, non Siouc, noli tibi talia imaginari, pertinet eadem ad Georgium, ſcilicet hunc fratrem Impetrant. *Iudex tenetur imperfectam ſequi.* *Interrogatio filiæ reſponſio Materna.*

Item Fokelia Iacobs teſtatur ſe ſcedulam materna manu Scriptam, & ſubſcriptam accepiſſe, ad hunc ejus filium perferendam, qua continetur, ut

domum veniret ſuum legatum apprehenſurus, & quod eadem mater uſumfructum relictura, & ſuo filio, datum legatum hujus arcis traditura eſſet, idque ſecundum paternam diſpoſitionem, cujus originalis productio nunc injuſte urgetur.

Materna præſentatio.

Quæ materna filiæ interroganti data reſponſio ſcedulæ traditio, præſentata uſusfructus ceſsio, & liberalitas, Item materna diuturnior uſufructus cōtinuatio, ad unum eundemque finem tendentes, defuncti patris Scheltonis Douwonis Roorda & Impetrantis fratris Sicconis à Laucuma aſſertionibus probatæ, & per ſingularem divinam providentiam ad manus Impetrantis tranſlatæ, ſi adjungantur, profectò pleniſsimam fidem ſic merentur,* ut non ſolum, Dominus Impetrans, hac arce Laucumana, cum ſuis annexis, ſecundum Eponis à Laucuma teſtamentum, & omnia ſuper unico vocabulo Berii/ ex jure diſputata & nunc per hæc omnia inviolabiliſsima in ſuperfluum ſtabilita, gauderet, ſed etiam, hęc Domina Siouca, quamvis totius mūdi, doctiſsimis jure conſultis armata & ſtipata, imo Impetrantis capitalibus inimicis quamvis ordinatis & ab utraque parte judicialiter approbatis judicibus uti (minimè) vallata exiſteret, hiſce ſuis peſtiferis oblocutionibus, bonorum teſtium perverſis refutationibus, & frivolis diſputationibus plane rejiciendis, minimè audienda foret, ſecundum jura ſuperius ſuper hujus Thematis membris allegata. Res enim in propoſito cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione, adeò confligit, ne quidem ulli

** Panorm. ad c, cū cauſam de teſt. et ad c. venerabilis de teſt. cog. l. jurisjurandi l. 2. & 3. circa prin. & l. ob carmen. §. fin. de teſt, & in auth, eod, §, 1. col. 7. & vid. Abo. l. ſi quis decimo C. ad l. Corn, de fal. l. non omnis §. abarbaris de re milit. Nam ſi duo faciūt plenam probationem, unus facit plenam*

nulli advocatorum opinari, vel ſomniare liceat malitioſè in diſputationem unicum vocabulum Bern tractum, in horum omnium deſtructionem, contra probatam Phriſiæ conſuetudinem [a] ad aliquam fœminam quamvis duplici natura præpollentem, hoc caſu teſtamentario, poſſe trahi, aut deflecti.

a) Vid art. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. item 398. 399. 400 & 404. exhibitarũ ſalvationũ, qui latius haſce fortiſsimas probationes tractant.

Quibus inſuper nec hæc inanis Reorum obtruſio * præjudicat, nimirum quod dicant in actis, Iellam à Decama Impetrantis matrem, & Proaviã Reorum, non uſus fructus, ſed legitimæ ſive naturalis tutricis jure tantũ, hanc arcem ſive eorum avia Eponis teſtamentum ignorante, poſſediſſe & ſic ſuperius allegata nullius eſſe momenti.

** Objectio in anis.*

Tamen, ne ullus locus ulterius dubitandi intactus dimittatur, perverſam objectionem refutandã eſſe duxi, quo tanto clariùs, Reorum calumnia, & ſumma injuſtitia in lucem erumpat.

In ſalvationibus ubique probatum eſt, dominã Sioucam inconſulto, imo invito utroque parente aut ſeductam, aut propria ſponte, ſeſe priori marito conjugaliter elocaſſe, & ſic graviter ſecundũ ordinationem patriæ, [b] puniendam extra dictorum parentum poteſtatem, in poſſeſſionem ſui mariti tranſiviſſe, quo facto, ejus parentes in hac arce habitantes, eandem in ſuorum oculorum aſpectum venire dedignati fuerunt, quod ipſum, generoſa Domina matrona Rema à Galama quondam Phriſiorum conſiliario eximio viro Franciſco ab Eyſinga

b) Vid art. 6 anno 1540. 4 Octob. ordinatum in tit. 1. ordinat vãde howlijcken.

Digitized by Google

gha nupta, multæque aliæ honeſtæ matronæ, & hoc momento atteſtabuntur.

Notoria non indigent probationibus.

Eam ob cauſam, dictus parens ab eo tempore, in priori juſta ex cauſæ concepta ira, aliquandiu perſeverans; poſtea mortuus, mater autem virtute uſusfructus ſibi legati, in ædibus permanſit, tamdiu, donec interceſsione bonorum virorum filiæ huic Sioucæ aliquomodo reconciliata fuit, cujus maritus Camſtera, eo tempore, ſi aliquid juris ut nullo modo habuiſſet, hoc grande legatum, ſi non in uſum fructum firmiſsimè datum fuiſſet, aut ejus filius Tyallingius, horum parens, aut alius, aviæ dominæ Sioucæ nomine repetijſſet, & rationem perceptorum fr&tuum popoſciſſet, maximè quod poſt nuptam filiam, matris tutela finita diceretur, & in maritū tranſiverat, quod cum minimè hic primus, multo minus aliquis, aut ulli fecerint, nec in præjudicium teſtamentorum, quibus deficientibus, uti minimè, propter inobedientiam per prius matrimonium ortam & cauſatam, omni juri, ſi quod habuiſſent, privati, facere non potuerunt, ſed Eponis à Laucuma teſtamento, neque hanc dominam Sioucam, neque ullam aliam muliebrem perſonā, viventibus maſculis, admittenti, ſed etiam hujus patris præſenti ultimæ voluntati quam obedientiſſime, per multos & diverſos annos relinquēdo matri uſumfructum auſcultaverint, propter hanc apertiſſimam notoriam, & conſpicuam approbationē, huic dictæ paternę voluntati nunquam hęc domina Siouca ſi ſuper vixiſſet, & nunc ejus nepotes, hi Rei,

Allegant Rei ubique in actis, ſe ſuper vocubulo Bern, aut advocatos eximios conſuluiſſe ergo huic falſæ objectioni tutelæ renunciaverūt.

contravenire

contravenire, & ſic cum præſenti nulla& omni rationi contraria futili exceptione adminiſtratæ tutelæ, à limine judicii repellēdi erint,& ſtabitur priorum teſtium ad unum eundemque finem tendētium atteſtationibus, & juribus, tam ſuper primo, quam ſecundo membro, quarti thematis productis,& allegatis. Quorū reſpectū probatū eſſe exiſtimetur, etiam nudam paternam manum, quanto magis ab ominibus liberis nempè ſeptē ſororibus, & duobus filiis ſummo cū honore habitam,& reverenter approbatam, de jure ſubſiſtere aut ad minimum tantum valere poſſe, ut eadem manus, injuſtiſsimè diſtorti unici vocabuli Bern/ vis,& energia, & ex Eponis teſtatoris à Laucuma ultimo elogio profluēs vera, & multis rationibus ex parte Impetrantis, vera explicatio ad maſculum digniorem trahenda & dirigenda, ne quod minus eſt, ſcilicet hæc ſimplex vera explicatio, ſive enodatio injuſtè, huic paternæ manui denegetur, & quod majus, nempè totalis diviſio facienda, bonorum diviſio, & totius conceſsi uſusfructus authoritas juſtiſsimè conceſſa inveniatur.

Nimirum inhumanum judicaretur (quo apertiùs loquar) hanc paternam manum, diviſionem totalem bonorum, & hujus legati caſtri uſusfructus aſsignationem benè, & nunc, ne unius vocabuli Bern/veram & defuncti teſtamento correſpondētem explicationem operari, ſive producere poſſe.

Patris enim propria manu facta ambigui vocabuli prolati bern, explicatio, ſive interpretatio inobedientis filiæ m ndacijs aut cavillationibus prævalene debet, ne 4. preceptum honora patrē &c. violetur.

Quam impium, in honeſtum, deteſtabile & ab

omni æquitatis majeſtate illud abhorreret, dominis Reviſoribus perponderandum relinquitur.

Quinti Themat.

QVINTI AXIOMATIS PROBAT.

a) Vid. tit. de exhæred. liberor. & prælleg. ordinat. ſive jus municip. in art. 5. 6. & 7. & præcip. tit. C. & ff. de his quib. ut, in dig.

RESTAT nunc ut quinti, & ſexti ſive ultimi Axiomatis probationē adducam, quantum igitur ad ejuſdē quinti attinet, cuilibet conſtat, varias ob cauſas hæredes omni emolumento hæreditario privari, privatos & privandos, [a] & in propoſito tantas rationes exiſtere, propter quas domina Siouca, nunc ejus hæredes aviæ vitio, & hoc momento laborantes, ſive inhærentes, omnibus bonis Laucumanis, tam dotalibus, quam Paraphernalibus maternis, ſint exuendi.

b) Quod ipſum, per totā Phriſiam ſenioribus nobiliſſis, & hæreditariis mulier bus impote nitorium imo teſtit. & ex parte Impetrantis eſt adductam.

In primis enim horum avia invitis parentibus [b] nupſit, cū ſuo adducta marito, ab hac arce, ſive paterno domicilio deceſsit, unde non exiguam, indignationem & iram divinam, & humanam præter ordinatam patriæ in obedientibus deſtinatam pænam in ſeſe provocavit, quæ licet hactenus protelata, in totum tamen neglecta non videbitur, quia hæc pæna, neque per copulam carnalem, neque per hunc vel illum actum remiſsibilis efficitur, ſed perpetuo irreconciliabilis manet, nec obſtat ordinationem patriæ, diu poſt hoc matrimonium eſſe publicatum, quoniam dicta pœna, cum aliis ſtatutis anno 40. fuit obſervata, & tantum Anno 1602. reviſa

&

Digitized by Google

& renovata ergo: Præterea jus civile, eodem quodammodo odio, hæc matrimonia invitis parentibus cõtracta proſequitur, quod ante immemoriales annos hanc Provinciam rexit, & Phriſiis obſervãdum, per Carolum Quintum Roman. Imperatorẽ reſervatum fuit, ergo.[a] *a) Vid. proœmium ordinat. patriæ.*

Quid inſuper præter hoc, immiſcendo ſeſe hæreditati jacenti commiſſerit Reorum avia, ſuper ultimo Themate docebimus, & ne à propoſito deflectere videar, huic quinto inhærebo, & ſuſtinebo, diverſis ex cauſis totam Laucumanam ſubſtantiam Reis eſſe auferendam, & teſtamenta approbantibus applicandam: Illudque ut primo divina ſcriptura, deinde legum rationibus aperiam, neceſſarium duxi, à decem præceptis initium facere. *Inobedientia ſacra ſcript. probatur liberorũ.*

Quorum tribus prioribus ordinamur ad Deum Opt. Max. Septem poſterioribus, ad proximum, inter quæ non immerito primum eſt, & Deo (quod mirãdum) proximius, quod de honore parentibus, Dei locum tenentibus tribuendo conſtituitur, honora inquit Patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

Pater tuus eſt, qui te genuit, qui tibi præſidet, cui non tuapte ſponte tuam operam præſtare, ſed famulari & inſervire conſtrictus es, qui tibi ſacramenta miniſtrat,[b] unde ſapiens ait: Honora patrem tuum, & genitum (Nota) matris tuæ, ne obliviſ- *Eccleſ. 7.*

 caris:

caris: Patrem itaque honorabis, ſi revereberis & quaſi Dominis ſervies iis, qui te genuerunt, in opere, in ſermone, & in omni patientia. Si obedies *Ecclеſ. 3. Proverb. 2.* diſciplinam patris amplectendo, & legem matris (Nota) non dimittendo, ſi benevolentia, & beneficio proſequeris, ut ſcilicet ſuper veniat tibi benedictio à Deo, ſi denique tolerabis & ſuſcipies ſenectam patris tui, & non contriſtabis eum in vita illius.

Ab quibus acerrimis præceptis deerrantes ſunt illi, qui parentes ad huc in vivis exiſtentes adfligũt, rident, aut ſubſannant, ignominoſi, & infælices propterea judicandi, item qui maledicit patri ſuo & matri, extinguitur lumen ejus, in mediis tenebris; Item oculum, qui ſubſannat patrem, ſuffodiãt corvi, de torrentibus, & commedant eum filii aquilæ.

Hæc ſi ad defunctæ Domicellæ Sioucæ horum Reorum Aviæ, hujus filij demortui Tyallingii Cãſtera injuſtiſsima facta trahamus, certe à nemine negabitur, quin terminus horum præceptorum frivole, & omni humanitatis officio poſt poſito tranſgreſsi fuerint. Quinimo, illa in deſpectum horum omnium, in primis, dictum connubium, invitis parentibus inivit, poſt mortem patris, ſingulari aſtutia, hæc bona agnatica, ſub in volucro unici vocabuli Bern/ ad alienas familias, contra ſacram ſcrip-
Num. 27. turam a trajicere conata fuit, dum nunc ejus ſucceſſores, hanc paternam diſpoſitionem, tanto tempore approbatam, de jure perfectiſsimam, peſſundare,

dare, & ſic re & facto, ſe omnium horrendorum peccatorum Reos, & cōvictos peragere non deterriti fuere. Vnde digni, ut aliis in exemplum, omnibus bonis, præter divinam pœnam, nudentur, quid enim horribilius? quam defuncti prioribus defunctorum teſtamentis conformem ac ſacræ ſcripturæ convenientem præſcriptam legem ſuccedendi ſubvertere? & inmodicis calumniis, imo mendaciis aliiſque fraudulentis & per verſis conatibus, ſolius perituri lucri gratia, obſcurare, imò funditus ex tirpare, & delere, allegantes hanc paternam dictam æquiſsimam, & in jure, & facto fundatam & à chariſsma matre Domicella Decamana, propria tranſmiſſa ſcedula, filio abſenti ſummo honore, cura & ſollicitudine, juxta mox præcedentia, recommendatam diſpoſitionem eſſe Carthabellam, abjectam ſive indignam futilē quendam ſcripturam, nullius fidei, ſive authoritatis habendam, & in vaſe quodam, ipſi latrinæ accommodato, aliiſque literarum quiſquiliis referto inventam, ſordidus quamvis ad huc non igni, nunc dignius tradendam eſſe, pro ut latius, iniquiùs, praviùs, inhoneſtiùs, turpiùs, & pejus adverſæ partis advocati, in ſuis omnibus legibus & rationibus vacuis ſcriptis effutiunt, O frontem pudiciſſimum? itane demortuos genitores, eorundemq́ue enixas voluntates, ſuſpiria, genitus & anxias curas amarulentis convitiis, imo tyrannide quadam mordicantem, ſive mordicus conſpurcantem? ſi premeritis legum pœnis rectè ſubjicereris, pfectò utpote notorius & teſtamētorū oppugnator. Tu ſi adeo gravareris, ne ex infligēdis dignis vulneribus

Quid toto orbe terrarū impius quam teſtamenta majorū. contr l, 1, C. de ſacroſ. eccleſ. ſubvertere ſive animas defunctorum detriſtari.

 ribus

ribus ſpes ulla ſalutis exſpectanda foret, quod ipſũ ex ſuperius recenſitis ſacræ ſcripturæ locis colligitur. Contra quos, Reos & horum aviam, & patrem non relevat, quaſi præſens injuria, ſivè mordaciſſima vltimæ voluntatis ſuppreſſio Impetrantis viventibus parentibus Domino Scheltoni à Laucuma, & matri Helenæ à Decama non fuiſſet ſed nunc demum, poſt horum mortem illatam. Quoniam ſi viventibus priora deteſtanda ſecundum ſuperiora, tãto magis demortuis, amplius ſeu diutius nolle, nec velle habentibus, nec ſeſe ab hujuſmodi peſtiferis oblocutionibus, pertinaciis, & maximis inobidientiis vindicare valẽtibus inferre imo graviùs, & ſeverùis prohibitũ eſſe credatur, poſtquam hæ defunctorum voluntates ſancte (nota) ſint obſervandę, quas ſi aliquis aſpernari, immodicis detrectationibus, calumniis, inhoneſtis argumentis, conviciis, blaſphemiis, conſpurcationibus, maledicentiis ſubvertere, & quemadmodum in propoſito, pro dolor, factum eſſe conſtat, turpiſſimis obloquiis commentis, & furtiliſſimis falſis contradictionibus prædictis, demortuorum voluntatibus præſertim paternis legibus, & bonorum diviſionibus æquis, juſtis & piis ſanctionibus derogare, ſive debitam obedientiam detrahere, compertus fuerit, ipſam gehennam in ſe provocat, & quintum præceptum, nõ occides, re & facto, malitioſè excedit, violat, & à ſeptimo præcepto, furtum non facies, non excuſabitur. Quisquis enim rem alteri firmiſsimè diverſorum teſtamentorum viribus legatam fraudulenter poſſidet, contrectat, uſurpatque invito Domino, graviter

Holographũ totum ſcriptum teſtamẽtum quod totum teſtatoris manu ſcriptum eſt.

Graviter & circũſpecte univerſa ſcriptura deteſtatur, & explodit mẽdacium.

Debemus parentibus mortuis tanto magis gratificari, conſentire & omnibus modis reverenter cõplacere.

Digitized by Google

graviter peccat. *vid Zachar 5 & Tobi. 2.* & tanquam verus & notorius hagiomaſtrix omnis flagitii reus judicandus erit. Hæc ex ſacris altius repeterē, ſed ut brevitalis ſtudio ſecundum mea promiſſa, ultimarum volūtatum oppreſſoribus, aliquo modo, ex humanis inſuper reſiſtā, hiſce ſuperſedere placuit. *Hagiomaſtiga.*

Ex præſenti, & à Reis improbe abnegata Domini junioris Scheltonis à Laucuma impetrantis Domini patris teſtatione, inſtar hagiographæ habenda propria manu, ſive ſcripta ultima voluntate, hiſce ſub lit. CC. adjuncta intelligere datur, defunctam Domicellam Sioucam, quondam ætate duobus fratribus, & reliquis ſex ſororibus, non autem virtutū armis, & paternæ familiæ propagandæ viribus ſeniorem, nunc totius hujus ſuper unico vocabulo Bern/ injuſtiſsimè motæ litis cauſam, fontem, & originē, excepta hac digniſsima arce Laucumana, totali bonorum inſtitutione, præter præmeritam pœnam, ex priori inconſulto matrimonio ipſi debitam, inter cæteros cohæredes honoratam eſſe, imo eadem bona quæ ipſi, virtute hujus ultimæ voluntatis, per initam diviſionem aſsignata, diu priori tempore uſurpaſſe, imo hoc momento, ab ejus ſucceſſoribus nunc poſsideri. Quorum reſpectu, dictā hanc voluntatem, etiam aperto facto, per omnes caſus approbatam eſſe conſtat, hinc injuſte arreptam dictam arcem, huic Impetranti, in eodem elogio ſpecialiter inſcriptā, (ne doloſe,) pro parte illud approbetur, & è contrario improbetur ſive contra hęc jura *in l. ſi uxor § ſed ſi qua ff. ad l. Iul. de adult. text* *Virtutum arma.*

Digitized by Google

in Cano in iſtis 4. diſtinct. text. in Cano. dilectiſs. nu. 8. q. 2. & in Cano. horrendus 32. q. 5, l ratum ff. de ſoltu. l. quicquid §. fin. de verb. oblig. l. unic. in fin. ff. furt. adverſ. naut. l. ſi ut proponis C. de nupt. l. ab eo C. quom. & quan. lud. l. fin. in princ. ff. qui & à quib. l. in eo § deinde ff. rit nupt. l. in ſponſalibus 1. ff. de ſponſ. & l. ſi filius familias ff. ad Maced. text. in l. Pomponius ff. neg. geſt. l. ea lege in fin. & in gl. fin. in fin. ff. locat. l. ſi uxor. in fin. ff. ad l. Iul. de adult & l. cum mulier ff. ſolut. matr. attentari videatur, hi nullo jure fulciti Rei dimittere cogũtur ne circa unum & idem contrarios, & ſibi invicẽ rebellantes actus nempè ſuæ aviæ, virtute paternæ diſpoſitionis aſſignata, & ipſi denegata, & maſculo fratri uno, & eodem tempore arcis bona, ſerio inſcripta, per furioſum quendam conatum, ſummaque ingratitudine, dolo, & malitia interim auferre deprehendãtur. Quod cum hactenus facere ſtuduerint, dũ innumerabilib⁹ deteſtandis aſtutiis, imo apertis diverſis mendaciis, venerandam defuncti voluntatis ultimę hanc authoritatem, ipſis Reis tãta immenſa bona procreantem, & benigni patris familias ardorem, imo loco horrendæ premeritæ dictæ pœnæ favorem & gratiam oſtendentem commaculare, & funditus inhumaniſsime illotis pedibus peſſundare, ac tandem diabolica quadam invidia pręgnantes evertere, & ſumma quadam ingratitudine mortificare cũ laboraverint. Ratio Suadet, ut Dominorum reviſorum Sententiis, pro ſummis, & notoriis refractariis, teſtamentorum violatoribus, beneficioũ paternorum immemoribus, & ſic omnibus perceptis bonis indignis, ſive præmerita pœna,

na privationis bonorum omnium digni. *Iuxt. expreſ. text. in auth. hoc. amplicus. C. de. fideicommis.* & tandem utpote meri ingrati judicentur, & aliis in exemplum, hujus ſolius reſpectu emendentur ac legum civilium rigoribus ſubjiciantur.[a]

[a] Nempe reali exhæredatione caſtigētur text. expreß. in auth non licet C de l. b. prat. & l. liberi & l omni modo C. de inoff. teſtam.

Maximè vel ab hoc, tam deteſtabilis eſt ingratitudo, & jureconſultis, ſive legum conditoribus odioſa, ut filius emācipatus in poteſtatem reducatur. *Iuxt. text. in l. ſi manumiſſus C. de libert. & eo libe. l. unica & ib. gloſs. C. de ingrat. lib. l. ſed & hæ §. Patronus ff. de procurat.* & perfectiſsimis licet donationibus honoratus, iiſdem privandus venit. *§. ſciendum & ib. gloſs. inſtit. de donat. l. 1. & l. fin. c. de revoc. donatr* Itē talis ingratitudo repellit fratrem à ſucceſsione ab inteſtato, *Bart. in §. cū igitur nu. 5. in auth. de non eligen. ſecund. nuben. & ad §. ingratitudinem nu. 2. in §. nupt. & vid. Claſſes Oldendor. in tit. de act. ingrat. & condit. & fratres nu. 6. C. de inoff teſtam.* Quare nunc nonne, eodem modo, ſecundū 5. hoc Axioma, premeritis bonorum privationibus, propter grandem priorem probatam, & toti patriæ Phriſiæ notam, & cognitam diverſorum teſtamentorum injurioſam, & frivolam oppugnationem contra hoſce Reos eſſet animadvertendum, *Iuxt ſup. allegat. auth. hoc amplius C. de fideicomm. & alias ibid. allegat.* Præſertim poſtquam multas leges in actis, ubique tam perperam, quam aliter diſponentes & ipſum Tyraquellū art. * duplice, in p. reviſionis exhibitæ, falſo ſive ipſis

Ingratitudo. maximum vitium.

** 298. corr*

contrariũ ſive obloquentẽ, inhoneſte principaſio-ra amittendo, allegare, & ſuper matrimonio cum virgine Heremana contrahendo, ſibimet ipſis contrarii toties mentiti, imo quod plus, & nullo modo remittendum eſt, ignorante Domino Iudice, & Domino Impetrante, acta contra omnia jura, nempè poſt litis conteſtationem,[a] & cauſæ concluſionem corrigere, & proprium emiſſum mendacium, utpote ejuſdem convicti, duos articulos aperte, attamẽ & mendaciſsime loquentes, Dominam ſuam aviã, Sioucam & hunc Impetrantem ex dicta Heremana familia oriundum, ſecrete, & clanculum delentes, hoc modo, in margine Error eſt qui revocatur: tecte, ſive in ſecreto adjicierunt,* ut hac ratione, tanto commodius, prænominato ſuo avunculo magno[b] huic Impretanti jus ex hujusmodi aperto mendacio acquiſitum ſuffurari, & doloſiſsimè ſurripere & hoc improbo ſuo facto, etiam propriam aviæ ſuæ familiam Laucumanam ſupprimere, eradicare, & in honeſtiſsime obſcurare, unde non exiguã huic dictæ famil. Laucumanæ ignominiam, injuriam, & depreſsionem intuliſſe inveniuntur, quo ſuper hiſce, divina providentia inveſtigatis & nunc cognitis ſubſternatis mendaciis, hæc rapta arx Laucumana, ad ſeducendos eligendos Dominos reviſores, tanto ſubtilius & callidius, ex peregrina alia, non Laucumana familia orta dici, aut aliud deterius, & Impetranti pernitioſius obſtaculum ſecundum Reorum intentionem, evenire potuiſſet. Vnde & hujus ſolius[c] reſpectu, tota ſubſtantia cadere

a) *Contra l. edita C. de edend. & auth. qui ſemel. C. quō & quand. jud. §. ſi minus inſtit. de action. 2. 7. l. non poteſt. & l. de qua. re ff. de judic*

* *Magna petulantia.*

b *Contra l. & ſi poſt. ſi quis caut. l. 2 C. de injuſt. vocand. ubi gl. in verb. concedi ubi Balb. nu. 3. Iaſ. nu. 1. & Dd. Bart. Bald. in fin. ff. ſi quis jus dicend. non obtemp.*

c *Pan. falſ.*

dere,& ex præcepto domini teſtatoris Eponis à Laucuma, eadem indigni eſſe debent juxta hæc.

Hier nei wol Epo voorgheſchreven/ dat ſijn erven legatarij, donatarij, ende alle hoed ſulle to breed weſſe/ by verbernisſe 'tghene/ deer een pe-ghelijck van hirre toe leyd is/ ende dat te ver-vallen ende te weſen toe profijt der Cathuyſers Clooſter voorgheſz in manieren als voorgeſz.

Dum in propoſito, ſuper unico vocabulo Bern horum avia, & hi qamvis extra teſtamenti totum contextum ſint conſtituti, æque hanc voluntaten ſubvertere,& arcem hanc maſculis in perpetuum ſerio dedicatam, falſiſsimè nunc & poſtea ad remotiores familias, per ſubſequutura horum matrimonia, deterius traducere, & quod omnium deterrimum eſt, in eum finem, aviæ dictam familiā Laucumanam quaſi abjurare,& in Heremanam, idque ad huc judicialiter mentiendo,transformare moliti non erubuerint. vid,art. duplicæ reviſionis 107. & huic contrarium 231. ejuſdem duplicæ articulum.

Nec Reos ab hac præmerita pœna relaxare poteſt, quaſi horum advocati errore, etiam prudentiſsimum fallēte,decepti fuiſſent, hæc invicem falſiſsima, & contraria ſcripſiſſent. Quoniam hoc negatur, quia priori loco ejuſdem duplicæ articulo 75. expreſſe, & quoque veraciter aviam nē-

b Bart.in l. falſam nu. 22. C. ſi ex falſ. inſtrum l. 1. C. de pœn. jud. qui male judic. & in l. fraudem § neque inſtrumenta ff. de jur. fiſci

Hic eodem modo refragantibus, ſive voluntatem oppugnantibus, quemadmodum matrimonium, cum virgine Herema contrahendum recuſantibus ſubſtituit Canobium Carthuſeranum: inde non ſequitur eundē Testatorem ſuæ familiæ rationem non, ſed tanto magis habere, ergo calūniæ quibus Rei ſuperius ſuper hac falſa objectione niſi fuere.

Adverſarij planè hic confundūtur.

Digitized by Google

NB. Error judicialiter commiſſus non inſcre-ta extinguẽ-dus.

pè Impetrantis ſororem, ex Domicella Iella à Decama eſſe oriundam, & ſic priorum immemores, rotunde aſerverunt, aliter. Poſito, minimè autem facti errore admiſſo, eundem tamen non propria ſponte tecte, ſecrete, doloſe, & in contumeliam, ignominiam, fraudem, & ocularem circumventionem Domini Secretarii ſive graphiarii, omnia ſecreta acta, & actitata cuſtodire commiſsi, ignorante Domino Impetrante, jus quæſitum, ex illo mendacio habente, revocare non debuerũt, ſed ſub præſentatione, ſive expenſarum litis retardatæ ſolutionis, ad corrigẽdum talem errorem ſeſe reſtitui, ſive admitti, in aperto ſollicitaſſent, dicto Impetranti ſuis in contrarium contradictionibus ſalvis manentibus. Quod cum non, ſed ſuapte ſponte, malum litis exitum verentes, aut videntes mendaciũ hoc præter eorum ſpem, & opinionem detectum, fallaciam hanc mani feſtans, & Impetrantis cauſam propterea juſtificans, quod ipſis judicialiter denegaretur, injuſte uti dictum extinxerunt, raſerunt, & præter officium viri religioſi & probi Advocati in ſubverſionem juris acquiſiti contra *Text. in l. & ſi poſt. ſi quis caut. l. 2. C. de in jus vocand. ibi gloſs. in verb. concedi Bald. nu. 3. ſi quis jus dice. non obtemp.* illaudabiliter hæc falſo adjecta in prætenſum errorẽ mutaverunt, & ſic re, & facto rem illicitam perpetraverunt & per conſequens in aperto dolo [a] cenſentur eſſe, dicens dolum ſemper præſumi, de iis, quæ ſunt de genere prohibitorum [b] ubi dicit per illum textum, quod in actibus prohibitis ſemper,

a Iuxt. text in l. ex plagis. §. tabernarius ff. ad l. aquil. Felin. in c. præſentia nu. 13. de probat. & in c. ſi autem nu. 1 & 2. de reſcrip. Iaſ. in l. in actionibus nu. 23. ff. de in lit. Iur. Angel. in l. ſi quis ex dono nu. 2. ff. de furt. Alexan conſ. 103. nu. 13. vol. 1. incip. videtur.

b Afflict in c. §. ſi quis hominem in 25. nota nu. 13. de pace tenend.

(nota)

(nota) dolus prҿſumatur, ergo tanto magis inexcuſabili privati pænæ ſubjacebunt callidi & mirabili reproba arte, verſantes Rei, utpote à ſuæ aviæ ſuperius abnegatæ præſtantiſsimæ & nobiliſsimæ familiæ Laucumanæ notoria calumnia, diffamatione & ignominia, non inſontes. Præcipuè vel ob hoc quod Dominum Impetrantem, virum candidum, probum & ſyncerum, inſignia Laucuma ſummo cum honore apud diverſos Principes, & Dominos, & hoc momento laudabiliter referentem, turpis lucri gratia, inſuper perjurij peragere moliantur. Nam hoc duplicæ articulo 147. 178. & 150. coram Dominis Reviſoribus, per hæc verba, Quo jure carent, qui ad hoſtes tranſierunt, cum multis aliis, jure poſt liminii ipſum indignum aſſerere non palleſcunt, idque doloſa illatione facientes. *Falſiſsime D. Impetranti transfugæ vitium obijcitur.*

O Deum immortalem ac ejuſque divinæ potentiæ divinos miniſtros. Quis unquam tam horrenda audivit atrociora, ac virulentiora, quam quæ hi Rei, omni vereccundiæ & modeſtiæ uſu planè deſtituti, de ſuo honeſtiſsimo avunculo magno, viro ſanè Nobiliſ. & multarum linguarum peritiſsimo, graviſsimo, & heroicis moribus ornatiſsimo, diffamatoribus, autem & inhoneſtis garrulis, fucatis, mẽdacibus, aliena ſitientibus, teſtamentorũ oppugnatoribus, & hoc modo malũ agentib⁹, dicẽtibus, imo excogitantibus tremendo, & horrendo, in publicum ſcriptis falſiſsimè ad excolerandam omnem commiſſam mentiendi facilitatem, expreſſerunt: & calumniosè ſatis audacter, in ejus juris &

Digitized by Google

juſtiſsimæ cauſæ depreſsionem protulerunt, prioraq; mendacia articulis 107. & 231. perfrictæ frontis emiſſa, tanto magis occultaturi, & hanc ſpem animis ſuis depravatis infixã habentes, fortaſſis ſperant Provincialem curiam, aut propter transfugæ hoc improbum objectum crimen, aliquo modo inflammatum iri, aut ſeſe & horum patrem, & aviam diſſimulantes, ſive catholicam religionem profitentes, aut ꝙ in patria ꝑmanſerint, majorem favorem, inde præmerituros, ſive digniores habitum iri.

Laudabilius in lucem proſiliens quam apud focos perſiſtens agit.

Interim falluntur & decipiuntur. Quandoquidem honoranda Curia talia non conſiderat, exiſtimans nihil aliquo peccato eſſe grandius, quã cõſcientiis dominari. Et ideo hac diſtractione Rei, ſibi ipſis præjudicant, cum, ab huic parti odioſam religionem exercente manendo peccetur, externis factis, aut in aperto, contrariæ parti militando recte, imo honorificientiſsimè agatur, quod ab hoc, ſive tali nobis præcavere, vel ſi apprehẽdamur ratione popularitatis, amicitiæ, aut alterius gratiæ, cognationis, aut affinitatis, aliquam benignitatem exſpectare poſsimus.

Domi latitans

Ab altero autem minimè, qui equidem poteſt eſſe probus, aut bonus, verum propter intrinſecam prætenſam ſolitariam vitam præcedentem, externa indicia ſuo tempore, aut data oportunitate damnoſiora, à quibus periculoſiùs, quã ab dicto aperto milite abhorrendum erit.

Ergo

Ergo nullius momenti quod dominus Impetrans Regi Hiſpaniarum ſuam operam præſtitiſſet, quandoquidem ſecundum ſacrã ſcripturam, ad id ſe conſtrictiſsimum eſſe opinatus fuit, & durãte ſuo officio, tam ſtrenuè, nobiliter, fortiter, nullorum nummorum dationibus corruptibilis, ſed ut conſtantem, magnanimum præclariſsimum decuit, & oportuit militem, tam indiverſis conflictibus, quàm innumerabilibus Caſtris, alijſque legionibus non ſolum, verum etiam in victos clementem, gratum, & humanum ſe præbuit,* donec ſummo cum honore anno 1598. 22. Auguſti, per Archiducem Auſtriæ Principem Albertum ſereniſsimum, ſub propria ſubſcripta mihi exhibita manu, & ad altiora promorendus, magno cum honore clementer ſuo dato juramento, & fide præſtita relaxatus, ſic ut nũc redux fact⁹, virtute treugę jam noviter initę ablata repetiturus, tali indurato transfugę comparari, imo pro eodem, per defunctę ſuę ſororis partus judicialiter, ob evitandam ipſis, ac horum latrantibus ac improbe mordentibus Patronis, de jure infligẽdam, infamiæ pænam l. quiſquis C. de poſtuland. notoriis mendaciis, in præſentis juſtiſsimæ cauſę effictam denigrationẽ exclamari nõ debuit, quod cum factum eſſe ex præallegatis articulis appareat certe tam Rei, quam eorundem Patroni, pro maniſeſtiſsimis calumniatoribus privatione cauſæ, & prædictæ pænæ infamię acerbitate erint notandi, *Iuxta d.l. quiſque C. de poſtuland.* & alias leges, ſuper criminibus doli, mendacij, falſitatis, ſuperius deductas, ut in poſterum diſcant, coram tanto Phriſi-

Benignitas Laucumana erga captivos.

** Quod ipſũ ex diverſis captivis dimiſsis, & ex gratia relaxatis datis commeatibus propria Impetrantis manu ſubſcriptis, & tum VVorcomię habitarem mihi ad perlegendum traditis cuivis apparebit, imo in circumjacentibus ibidem aquaticis terris notorium eſt.*

Bb orum

orum ſupremo judicio legibus, ac ſerijs viris doctis convenientibus rationibus, non ſcommatibus, varijs juris diſtortionibus, contradicentijs, maledicētiis, aliiſque palpationibus nequitiarum fomētis, & hujuſmodi injurioſis criminationibus & turpiſsimis mendaciis, contra prçceptum divinum, ALIENA non concupiſces diſceptāre Quo autē convinci queātRei, ne prçmeritā pænā privationis, &infamiç crimen aperte commiſſum eſſe, ipſimet fateantur, probavi illos enormiter in ſuæ aviæ ſuperius idq; adhuc judicialiter abnegatç Laucumanç familiæ honorem, nomēn, ac famam deliquiſſe, & graſſatos eſſe, nunc operç preciū duxi, in ſuperfluūnon-nihil de transfugç definitione diſſerere, ut tāto magis, ſive velint ſive nolint, eorum mendaciis refertam, & repletā perturbatç mentis ſarcinam, prædictis pçnis evacuandā eſſe, ipſimet credere cogātur.

Transfuga itaque eſt, [a] qui transfugit, & ad hoſtes deficit, prius itaque conſiderandum erit trāſfugam duobus modis dici poſſe, re ipſa, & ſacramenti ſive datæ fidei virtute, Re ipſa quando quis præſtito ſacramento exercitui adhæret, & eo deſerto, injuſſu ſuperioris, ad hoſtes transfugit Datæ fidei virtute, quādo quis ſe manuali ſtipulatione prçſtita, uni militantiū parti addixerit, & ea fide violata & rupta, in adverſā partē transfert,* & cōtra eos, militat, quib⁹ pri⁹ ſuā operā addixerat *Vid. Liv. lib. 2*

In propoſito neutrum factum, ſive unitis Provinciis, neque juramentum, neque ulla petita fides

a) Vid Paul. de caſtro in l. poſt liminiū Et licet horū pernicioſum mēdacij propoſitum divina volontate in lucem erupérit, non tamen à pœna præmerita erint excuſandi lux. l. 1. ff. de var & extraor. cogn.

** Qui perjurus dicitur. virg. 2. Æneid. lib. 16 perfidiam fugio, & perjurum ab origine gentem.*

militandi

militandi data, ſed dominus Impetrans, ante ſuſceptum religionis & libertatis bellum, in regiis locis peregre educatus, poſtea literarum cognitionibus ſufficienter illuſtratus ſeſe ſuo Regi addixit, & quemadmodum in facti ſpecie, & mox enarratum, ſummo cum honore, & multis mortis periculis, attamen, divina providentia in multorumq́ ſalutem, & nullorum tyrannidem, huc uſque fideliter adhæſit, ideo ſi in aliquo maximo ſive minimo culpandus fuiſſet [ut minimè] per dictam treugam, ab omni culpa, damno, aut falſiſſimorũ invidorũ, nequiſſimorum aut ſimultate prægnantium diffamationibus, mendacijs, & doloſis tectis, & ſecretis convicijs tutus ac liber erit, & exiſtere debet, ne contrarium agentes, ſe æternæ damnationis, doli, deceptionis, & fraudis & ſimilium Reos, & belli tranſactione ſuſpenſi terminos malevole egredi, ſive violare dignoſcantur, intelligenti pauca: Quibus docetur Dominos Camſteranos eorumque inconſultos patronos, quod hiſce non obſtantibus, ſuũ magnum avunculum virum eximium & candidũ, tãtis intollerabilibus criminibus diſtrahere auſi fuerint, pro temerariis diffamatoribus judicandos, & ideo, à propriæ familiæ aviæ maternæ inexcuſabili ſuppreſſione ſuperius probata, non excuſandos, (& ſic legum pænis privationum, ex ſuo merito ſubdendos eſſe, Quia ſi viventẽ dictum dominum avunculum omnibus virtutum generibus ſcatentem Do. hunc Impet. publice in ejus odium, amore hujus arcis ſubtrahendæ criminari, & in ipſum impudentiſ-

Lancumam a militandi integritas & conſtantia.

Treuga õnes excuſat.

ſime debachari non erubuerint, dicentes ipſum Indignum jure poſt liminii &c. Profecto tanto magis aviæ maternæ demortuæ (cum viventis honori non pepercerint (originem ex Herema familia injurioſè ortam allegaſſe, & ſic Laucumanę domus prærogativam mortificare voluiſſe credi debent. Maximè hi peccata peccatis cumulantes, duos articulos prędictos & hiſce mendaciis ſcatentes, & turpiùs, inhoneſtiùs & pejus, invito judice, ignorante actore, & periclitante ſecretario, tectè & ſecretè contra omnium tribunalium obſervationes deleverũt, deſtruxerunt & radendo quaſi omne ex hiſce mendaciis natum jus Impetranti auferari non erubuerint: Vnde aliis in exemplũ, & in ampliſsimæ violatæ curiæ authoritatem, & in terrorẽ ſimile machinantis, debitis pænis, non erit ſuperſedendum.

Magna audacia Camſterana.

Accedit & hoc, in præſentis hujus Axiomatis quinti Probationem, quod adverſarii perperam allegant teſtatorem ſuæ familiæ ne in unico vocabulo totius teſtamenti mentionem feciſſe, quod ſive ſplendidum mendacium §. ſuperiori Porro nec obſtat: ſatis refutatum, hujus loci non eſt amplius examinare, quia ſecũdum leges ſuperius allegatas, cauſam privationis adeo infligendam eſſe hoc fictium operatur, ne authores, ab eadem ſint liberandi; Quia pro certa regula traditur, oppugnantẽ teſtamentum, nihil ex eo conſequi poſſe, ſive obvenientem teſtamento, indignum ſe reddere, ut aliquid accipiat.

Objectio.

Quibus ex parte adverſariorum contradici poteſt

teſt hoc verum eſſe, ſi voluntatem teſtantis, non ſi ſolemnitatem impugnaverit, quod oppugnantem indignum non facit.

Quod verum eſt, quo ad pænam legalem, cæterum, quoad pœnam hominis, quam teſtator adjecerit, puto ſi oppugnavirit ſolemnitatem teſtantis relicto privatum iri, exemplo ſtipulationis alteri factæ, quæ licet ſecundum jura non valeat, tamẽ per pænæ adjectionem, cogitur promiſſor illi obedire, aut pænam ſolvere. (a a l. ſtipulatio iſta §. alteri de verb. oblig

In propoſito autem, Rei non tantum teſtamentorum ſolemnitates de jure quamvis perfectiſsimas çque calumniari, ſed innumerabilibus verbis, factis, & rebus notorias & in vicem, ad unum eundemque Laucumanæ famil. perpetuitatem gloriam, & domus æternitatem conſervandam tendentes defunctorum voluntates, tam frivole, impudenter,* & contra omnem æquitatis, juris, & juſticiæ majeſtatem ſubvertere, & diverſis partim deductis, partim, in eorum ſcriptis contrarietatibus, & falſitatibus enecare, aut per totum mortificare, aut ad minimũ ſuper vocabulo Bern ex ſubſequentibus & præcẽdentibus ſubſtitutionibus, verum teſtatoris ſuper maſculis elucentem favorem, adeò aduncare, & per totum deprimere moliti inveniuntur, non aliter quam omnia jura, ſtatuta, conſuetudines & doctorum concordiſsimas ex parte Impetrantis diverſi mode, in præſenti reſponſo, & actis judicialibus deductas rationes per totum Anathematizare, devo- Contra genuinum ſenſum

 vere

vere, & plane deteſtari, ipſis (ut nullo modo) licitum & conceſſum fuiſſet.

Quorum reſpectu, multoties repetita pæna privationis, illos vindicare, ulciſci, punire & caſtigare debet.

Maximè vel ab hoc, ipſis nec horum clientibus Camſteranis, utpote prædictorum Laucumanorũ teſtatorum, nimirum ſenioris primi Scheltonis & hujus filij domini Eponis poteſtatibus, nullo unquam tempore ſubjectis, & ſic, tanquam veris extraneis actio quærelæ in offici relicta ſive conceſſa videri non potuit.

Malè igitur & in honeſte fecerunt Camſterani dicti ſenioris Scheltonis primum teſtamentum impugnare, hiſce ſub lit. A.A, poſt omnium abſolutionem, in calce exhibitum, quod quamvis vitiis (ut minimè) ſcateret, nunc in diſputationem trahi non debet, quoniam virtute ejuſdem ſucceſsit ejus filius ætate major, ſimiliter nomine Schelto, qui binam prolem nominibus Sicco, & Catharina habẽs, eaſdem, ſecundum patris enixam voluntatem hæredes inſtituens, attamen hanc arcem, excluſa ab eadem filia, Anno 1503, & ſic circiter viginti quatuor annos poſt hoc primum patris teſtamentum primi Scheltonis aſsignavit filio, quemadmodum in maſculorum ſemper & ubique ſingulariori honore & præ fæminis habitorum prælationem, ad ſuperfluum ſub lit. D.D. producitur.

A.A.

Maſculorum prælatio.
Anno 1503.
NBene unius filiæ excluſionem ergo.

D.D.

Hæ

Hæ duæ proles nempè honoratus Sicco, & Catharina, ſine liberis mortuæ fuerunt, ergo ſecundū primū teſtamentū antiquioris Scheltonis, poſt mortem ſecundi fratris, ſucceſsit Epo præſens teſtator.

Sic, per binas ſucceſsiones filiorum teſtamentum primum ſub lit. A. A. inter hoſce Laucumanos quam obedientiſsimè placitè, & reverenter approbatū cum deprehēdatur, nullo modo, aut hac, aut illa doloſa practica, nunc per hoſce Camſteranos, cum improbe & malitiosè impugnatum eſſe conſtet, certe graviter peccantes in aperta calumnia deprehenſi, ſub involucro unici vocabuli Bern teſtamento Eponis, prioribus voluntatibus ad maſculos obligato comprehenſi, ne quidem, ad contradicendum admitti debuerunt, ne hi ex damnata, & viventibus maſculis, in æternum excluſa fæmella, & ſic peregrina alia ſive à Laucuma ſemper, & ubique hac arce decoranda remota ſtirpe nati Eponis præſentis ultimā voluntatem ad adulterinū ſenſum rapere & ſic hujus parentis domini Sheltonis firmiſsimum, & inter liberos ſummo cum honore ante immemoriales annos habitum, & approbatum elogium, ſuper primo Axiomate productū, & omnes ſucceſſores, re & facto manifeſtimo, in perpetuum dictos maſculos præ fæminis honorare, in effectu conſtringens, in humaniſsimè quaſi diris maledicentiæ venenis ſuffocare, & falſis mendaciis violare, polluere, & in temerata vi, peſſundare licēntientur, quod cum fieri non debeat, nempè filia ſive ex hac nati, per unicum vocabulum Bern/ in præ-

Teſtamentū ante centum annos approbatum malitioſè ex parte Camſterana oppugnatur.

Digitized by Google

judicium ſequentium, & præcedentium, & longè aliter, ſcilicet maſculum apertè ſitientium verborũ, hoc caſtri legati prærogativa, gaudere non poſſunt ne hęc tria & in vicem catenata C.C. ſub lit. A, A. D.D. & E.E. (nota) teſtamenta, contrarios effectus procreare, nempè filios privilegiatos excludere, & filias remotas ignominiosè admittere videantur, quorum allegator, audiri non debet. ad jur. ſup. allegata: Hæc, quoad defunctorũ voluntates ſufficiãt.

C.C. A.A. D.D.

Nunc in omnium priorum approbationem, & pænæ privationis certitudinem denuo ad impugnatas ſolemnitates ultimæ volũtatis junioris Schelnatas Impetrantis & Reorũ proavi materni deſcentonis damus, quarum deſignationes quamvis pręmeritam pænam privationis gignant, tamen hoc caſu, nihil efficere poſſunt, ſed ijs, planè ſpretis & contemptis creditur nudæ ejus manui, per multos teſtes ſuperius probatæ, & quoque per aviam dominam Sioucam, ejuſque fratres & ſorores approbatę nunc etiamſi, ſine ſcriptura exiſtenti, acquieſcendũ eſſe jura diſponunt, jubent, ac ſerio demandant a cum fides rei geſtæ, ratam diviſionem ſatis affirmet profecto, quanto magis præſens paterna manus, re & facto, per tot annos, per uſum-fructum matri defuncto Helenæ à Decama, & juniori huic fratri domino Sicconi amplum in eadem teſtatione paterna aſſignatum, & hoc die conceſſum prælegatum approbata, & nunc ad conſervanda præcedentia majorum teſtamenta ſubſiſtet? illud teſtantur ſuperius allegatæ leges, quibus Reis ſuis peſtiferis, oblocutionibus

Iuxt. alleg. l. non ideo C. famil ercis.

Digitized by Google

tionibus contravenire turpiſsimum erit, imo propterea à Curia provinciali notandi, cujus æſtimationi ſubjectum, quid aut quæ probari[a] debuiſſent, ne ad inutile & impertinens, uti ſuperius dictum aliquis admittatur[b] Siquidem illa, quæ ad cauſam pertinent, probanda veniunt, *l. ſi quis libertatẽ poſt medium ff. de petit. hæred. l. ſi duo §. 2. ff. de jur. juran. l. momentaneæ C. qui legit. perſon. & vid Speculat. in tit qualiter ſunt teſtes producend.*

a) Iuxt. c. ad hæc extr. de teſtib. lib. 6. l. fin. C. ſi per vim vel alio mod. c. cũ ex literis de in integr. reſtit.

b) Iuxt. l. ad probationem C. de probat c. cum cõtingat. in fin. de off. de legat. l. ſi quis libertatem poſt med. ff. de petit hæred. & l. ſi duo §. 2. ff. de jur. juran

Propterea dicta honorãda curia, videns hanc teſtationem ultimi D. Scheltonis Laucumani prænominatum uxori uſumfructum arcis, poſt mortẽ ejuſdem, juxta judicium Domini Eponis, per vocabulum **Bern/** maſculinitatem amantis & ãbientis, proprietatem præ filiabus, huic Impetranti, & alteri fratri Sicconi inſuper præ filiabus grande legatum aſsignantem, & reliquis filiabus ineundam diviſionem præſcribentem, diem ac datum continentem, ab defuncto Reo Tyallingio Camſtera, horum patre utpote propria manu ſcriptam, non fuiſſe allegari. Hoc ut inveſtigare poſſet, ad dictam paternam abnegatam manum probandam, ſuo judiciali decreto ſatis prudenter admiſit, hoc ſuo facto judicans & innuens, ſi manum paternam eſſe probaret, dictum Impetrantẽ triumphare oportere.

Prudentiſsimum factũ Curiæ.

Per cujus termini probatorii ordinationem falſæ explicationi unius vocabuli **Bern/** renunciatũ & maſculorum prælationibus acquietum fuit, ſive ſecundum omnium DD. calculum, & æquiſſimam

Digitized by Google

rationem, ab omni contraria falſa oblocutione Dominans curia receſsit, imo re & facto, ad doloſè ab negatæ paternæ manus probationem fiendã tranſmigravit, ſive digreſſa eſt.

Cui interloquio, cum dictus Impetrans paruerit, nempè luce clariùs, improbè abnegatam manum veram paternam eſſe, per multos productos teſtes fide dignißimos probaverit, certè hæc probata probatio, ad promiſſum ipſi jure divino[a] ac humano, ſcilicet ex prioribus teſtamentis competentem & debitum ſuccedẽdi triumphum promovere debet, ne eo denegato, præſtantiſsima ſuprema Curia pręter decorum, authoribus hiſce REIS, à quibuſdam injuſti decreti probatorii, ſuper eodem, omnium factarum magnarum & ſuperfluarum expenſarum author, juris acquiſiti ablator, & micante ſpeculo clarius nunc probatę originalis paternæ manus diſſolutrix, & probiſsimorum fideque digniſsimorum teſtium ſupreſſor dicatur. Hoc ut avertatur honorificentius erit, Dominos Camſteranos ſatius repellere, propter diverſa vitia, & ultimarum voluntatũ & ſolemnitatum injuſtas impugnationes, & commiſſas pœnas, convicia, & maledicentias punire, & ſic bona hæc gentilitia, ſecundum avorum diverſa teſtamẽta honorato maſculo potius, (quo juſti judicis officio perfuncta, ſummis laudibus, per unitas Provincias, tãto honeſtius extolli, & ex priori cæcitate, vel cauſæ clariſsimæ obumbraculo liberata, & exemta, ubiq; terrarũ glorificari queat (adjudicare

Nu. 27.

Authoritas S. Curiæ.

Sed

Sed poſito, originalis teſtatio alia requirenda & ſic præſenti manui paternæ diffidendum ſit: Tunc *Iuxt. l. ſup. allegatam non ideo C. famil. erciſ.* æque ex facta horum liberorum diviſione, & hoc arcis legatum Impetranti deberetur. Quoniam omiſſio originalis veritatem, & paternam præſcriptam legem, ſive dividendi voluntatem non mutat.[a]

a) Ab exēp l. non potuit §. ſiquis emā cipatū ff. cōt. tab. 4. bon. poſ. l. aſſumtio & ib. gloſ ff. ad munic.

Errore veritas non amittitur.

Porro, quemadmodum nec errore veritas amittatur, ne cum mendacio dicentis ſe eſſe, unde non ſit, neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt *l. nulli C. de Epiſc. & Cleric.* Neque mentiendo, veritatem mutare poteſt, quod propter mendacium non deſinit eſſe, unde eſt, vel incipit eſſe, unde non eſt. *l. 2. in fin. C. de in ea l. origina & l. fin. C. de mu. & orig. lib. 10. l. ordin. §. jus. originis ad mun. & vid. ulter. gloſ. ad dict. l. aſſumtio.*

Simili modo, non nocebit originalis ſubtractio prętenſa, q; ex hac clara & manifeſta paterna manu, ſecundum jura ſup. allegata firmiſsima, filiarum reſultat excluſio, & maſculi prælatio, unde propter favorem familiæ Laucumanæ, hęc quamvis abſque dato, die concepta fuiſſet, ut minimè ſubſiſtere debet, maximè vel ab hoc, in dorſo ejuſdem, hiſce verbis eloquatur liberorum parens.

Een ontwerp van mijn teſtament het welcke ick wil dattet van mijn kinderen onderhouden ſal worden.

Digitized by Google

Authoritas paterna, de ſimplici & planopræfixa obſervanda: quia, qui viventem matrem ad irã tantum provocat, maledictus habebitur à Deo Eccleſ. c. 3. Deutron. c. 27. & Romã c. 12. Quãto magis is, qui demortui genitoris propria manu authoritatẽ ſive ultimam voluntatẽ & priori tempore, per diviſiones approbatam, nunc doloſè, per totũ vitiare & annullare ſtudet, maledictus & tota hæreditate indignus habebitur juxt argum. l. qui Titij ſi inimicitia cũ mult. alijs ff. de his quant indign.

Quæ ſtrenua verba ſal onderhoudẽ woꝛdẽ/ſub prætextu deperditæ originalis, tam leviter non ſunt prout Rei ganniunt, contemnenda, ſed ſacro ſancte, obſervanda, quia dicit ſe velle, ut hoc conceptum, ſive ontwerp/ inter liberos obſervetur, ergo per hæc, het welcke/ hoc eſt, quod ipſum, & denotant, aliam originalem non fuiſſe, nec confici neceſſarium opus eſſe, vel fuiſſe. Approbat enim hoc præſens & nullum aliud, nunc ſi originalis alia produceretur, non melius præſenti, aut fortius præſtantius, à nullo quamvis omnium doctiſsimo æſtimaretur, quia uti dictum acquieſcit huic ſuo concepto præſenti, & ſua authoritate paterna condemnat ſuos liberos, idem ſũma obſervãtia proſequi, & ideo ſi originalis alia ꝑduceretur, non plus in illa, quã præſenti projecto, inveniri nequiret. Nam, eadẽ manus, eadẽ mens, eadẽ cura, eadẽ impetrantis mẽtio, ſive honoratio, & filiarum, quo ad hanc arcem poſt poſitio, quę in aliqua originali requirerẽtur, in præſenti projecta exprimũtur. Quorum omnium ſpecificatio, ſive, una & eadem paterna curæ, ſolertiæ, & ſollicitudinis pręſuppoſitio, ab õni ulterioris ſive originalis productione Impetrantem abſolvit, & exonerat, ne ad impoſſibile alicujus judicis decreto cõſtringatur. Hinc tã diu, præſenti projecto ſecundũ ſuperius allegatas leges, obtemperabitur, donec contrarium diſponẽs, ab Camſteramis aliud producatur.

Sed hiſce, attamen ineptiſſime, ex parte contraria reclamari poteſt, Dominã curiam provincialem, ſua ſententia Impetrantem condemnaſſe, ut originalem

paternam

paternam manũ produceret, aut jus ſalvũ ipſi reſervaſſe, ſi firmius aut originale teſtamentũ paternũ producere poſſet, quaſi hæc teſtatio re & facto, eſſet authore judice, inſufficiẽs invalida, ſive nulla declarata.

Ad id reſpondetur Curiæ Provincialis ſententiam, ne ſuper quarto Axiom. allegata omnia jura violarentur, hoc modo intelligendam, quaſi ejus judicio, alia originalis, propter hæc in dorſo ſcripta: **een ontwerp van mijn teſtamẽt** / a quod Camſterani carthabellam, neque patris manu ſcriptam fuiſſe abnegaſſent, ſub eſſe aut hinc & inde produci oportuiſſet, Quæ cum nunc in rerũ natura non exiſtat, nimirũ huic pręſenti cõtraria, melior, fortior, aut validior nulla ꝑduci queat, vel quę ſi in occulto fuiſſet, Curia ejus productionem optimo jure imo iuſtiſſime exigere, ſive ad ejus exhibitionem Dõ Impetrantem, aut alium eandem ſupprimentẽ, condimnare potuiſſet, nunc quia alia cum deficiat, certe in ſupremę deſpectum Curię, argumentari non licet propter alterius defectum, præſentem paterna manu ſcriptam eſſe caſſatam, annullatum, aut rejectam.

a Verba ſæpe numero fallere poſſunt.

Sed, ut Curiæ adminiſtratio juſtitiæ defendatur, eò ejus condemnatio dirigenda erit, ut per eandem condemnationem, hujus præſentis teſtationis & aliam digniorem ſive originalem vel huic ſimilem ſibi producendam fore ſperaverit, quæ cum nuſquã ſit, nec aliunde Baptizari poſſit, ne Curiæ authoritas lædatur, præſens hæc paterna Domini Scheltonis manus, ſive propria manu ſcripta, & in dorſo hiſ-

Quomodo Curia ſupremæ ſententia ut ab uſu purgetur, explicanda erit.

 ce verbis

Digitized by Google

ce verbis. Een ontwerp van mijn teſtament/ het welcke ick (nota) dattet van mijn kinderē (nota) onderhouden ſal worden /authoritate confirmata, & vallata, ultima voluntas, ſive inter liberos demandata bonorum diviſio, utpote ultima poſtrema, & ſic tanquam ſacro ſancta, poſtquam aliud arbitrium non habeat, imò ut inviolabilis, ſummo honore, reſpectu, & omni obedientia, interhoſce liberos, utpote diu, poſt paternam mortem, diverſis actubus rebus, factis, approbationibus uſusfructus, ali[illegible]um bonorum, his & illis factis aſſignationibus, ſervari & manu teneri debet, quemadmodum ſummis rationibus & legibus in Hypotheſi præſenti diſponentibus ſuper quarto Axiomate latiùs probavim[9]. Ne ea violata, & fracta, turpiſsimè, reprobè, & inhumane nunc, contra omnia ſupreriora Deus Optimus Maximus, propter tantum juſtiæ abuſum ad iram provocetur, & omnium nobiliſsimorum productorum teſtium, hanc ultimam voluntatem, manu propria defuncti genitoris ſcriptam eſſe, luce clariùs ex certa ſcientia atteſtantium nomen, fama, honos, & juramento confirmata eloquia, falſitatis arguantur, & producta Civitatis Steenwicæ publica monumenta prioribus convenientia, utpote falſa, impia, & invalida injurioſè reſpuantur.

Authoritas productorum teſtium propter probatū paternam & antea negatam manum ſuſtinenda.

Quæ abſurdiſsima, ne à præſenti Provincionali ſummis doctiſsimis aſſeſſoribus, ſive Senatoribus ſcatenti Curia committantur, & multorum incommodorum Rea dicatur, ejus ſententia in præſentis Domini ſcheltonis ultimæ, & tanto tempore, per ōnes liberos approbatæ voluntatis, ſive ad minimum

æquiſsimæ,

æquiſſimæ, juſtiſsimæ, ac ſacræ ſcripturæ, & majorũ Laucumanorũ diverſis productis, & ad huc abſque ullo dubio, alijs, doloſè ſubtractis teſtamentis, convenientis divſionis, ſtabilimentum potius, quam in ejuſdem caſſationem, annullationem, ſive apartã depreſsionem, contra omnia hactenus approbationum monumenta, erit explicanda, & ab omnibus intelligenda, & ſic contrarium ſuſtinentes, tanquam honorandæ Curiæ depreſſores, non ſolum judicandi, ſed tanquam turpia, jus & juſtitiam oppugnantia ſollicitantes, à limine judicij repellendi & fugãdi Hoc ipſum, ut paucis dilucidetur, nonnihil Curiæ hac in cauſa res geſtas ipſis legibus confirmabo, & probabo eandem, ſi vellet, ut nullo modo, & hujus ſolius reſpectu, ad alterius originalis productionem Impetrantem cõſtringere non poſſe, ſed huic præſenti, & ſingulari directione divina, per ſororẽ ſuam ipſi traditæ, bonorum diviſioni, ſive tanto tẽpore, ſæpius repetitæ ultimæ voluntati acquieſcere teneri, in cujus notitiam affirmatur, unam quamquæ quæſtionem, aut juris eſſe, aut facti. *l mora. ff. de uſu &c. l. ſervus §. facti de hæredib inſtituend.* jura certa, facta autem incerta, & ex illis probatis jus reſultat. l. *cum qui calendis ff. de verb. oblig.*

Si paterna manus invalidaretur, Curiæ provincialis magna abſurda imputarentur.

Curia Provincialis Phriſiæ nudã abnegatam manum paternam propugnare eſt conſtricta.

Quælibet quæſtio, eſt aut juris, aut facti.

Profecto Impetrans, judicis decreto ad probandæ abnegatæ paternæ manus onus admiſſus, ad obtinendam victoriam illud probare coactus fuit, non minus, quam ad factum, in obligatione legali expreſſum, ad implere conſtringebatur. *Bart. ad l. 1. §. hoc autem nu. 4. ff. de nov. oper. nunciat.*

Onus probãdi, ad obtinẽdam victoriam perfici oportet, quam factum in obligatione expreſſum.

Siquidem facta in obligatione promiſſa, ad im pleri oportet. *text. in l ſtipulationum quædam in princ. & in §. item ſi in facto ff. de verb. obligat.* præterea in omni judicio, partes quaſi contrahere videntur, & propterea judicia ſunt, quaſi contractus & ſtipulationibus æqui parantur, [a] & tam, in litis conteſtatione quam ſententia contrahitur, *Bart. in l. prætoria in §. ſed ſi unus de præto. ſtipul.* & ſe per quandam cõſequentiam obligare, ad id quod per ſententiã, fuerit deciſum, & ideo non minus, ad ejus impletionem ſive implementum conſtringuntur, atque ſi vere contraxiſſent. *Felin. ad rubr. de re judicat. nu. 3.* lite enim conteſtate inſtantiæ obligantur, ut ab ea diſcedere, & amplius pænitere non poſsint. *Iuxt. text. in l. is qui ſe obtulit & ib gloſ. in verb. qui diſceſſit ff de rei vindicat. l. ſed etſi ſcripſerit ff. de judi. l. nemo C. de juriſdict. omn. jud. Felin. in c. quamvis nu. 6. verſ. tertia declaratio extr. de judic. Bart. in l. edita nu. 9. in fin. c. de edend.*

Partes in judicia, quaſi contrahere videntur, & obligantur deciſioni judicis.

Lite conteſtata inſtantia obligamur.

Quare, hoc Curiæ Præſtantiſsimæ decretum, ſive publicata deciſio, ut dominus Georgius à Lauma, ſui defuncti domini parentis improbe judicialiter abnegatam manum eſſe, ut probaret, partium conſenſu prolata cenſetur, & ideo ab ea recedi non poteſt. *Bart. ad L. acta apud nu 3. de re judicat. &* cum verba hujus decreti curialis, ut dictus Impetrãs manum abnegatam probaret, aliquid operari debeant: Non poteſt Curia, probatione luce clarius diverſimode nunc tãto numero teſtium facta, à ſua ad probandum admiſsione, ſive decreto reſilire, & ad Reorum

Illatio inexpugnabilis.

Reorum unici vocabuli **Bern**/ falſiſſimam explicationem, ꝑ dictum ejus decretum caſſatam & rejectā recurrere, ſive reverti, ne fruſtra, perperam, ſive in caſſum, hunc probatorium actum decreviſſe, ordinaſſe, ſive quo apertius loquar, interlocuta videretur, & ita domino Impetranti ex hiſce evidentiſſimis diverſorum, per Dominum Commiſſarium examinatorum teſtium dictis, reliquiſque productis publicis documentis acquiſitum jus, nunc poſt illatas ſalvationes, & Reorum futiliſsimas injurioſas reprobationes auferre non poteſt. (a

Curia à ſemel dato decreto non poteſt reſilire.

a) Text. in l. et ſi poſt ſiquis caut. l. 2. C. de in jus vocād ub. gloſ. in verb. concedi ubi Bald. in l. 1. in fin. ff. ſi quis jus dicēt nō obtē

Ius quaſitum nemini auferri poteſt, per ullum judicē

Nam hæc licentia Curiæ, ſive interlocutoria, reſpectu ejus, quod Dom. Impetrans paternam manū eſſe doceret, propter productos teſtes, & exhibita adverſariorum prætenſa interrogatoria, in rem judicatam tranſivit, & ſic ex partium conſenſu, civilem & naturalem obligationem produxit. *L. 4. §. idem ſcribit ff. de pecul.*

Curiæ pronūciatum in rē judicatam tranſivit, & naturalē, & civilem obligationem produxit.

Porrò juris eſt, à ſententia interlocutoria irrevocabile damnum importante, quod per definitivam reparari nequeat, appellari poſſe. *l. 2. ff. de appel. recip. & vid. Bart. ad l. juſsit. nu. 14. de re judicat. & l. intra utile ff. de minor.*

à Sententia interlocutoria, irrevocabile damnum importante appellatur.

Damnum irrevocabile Impetrantis quale.

Irrevocabile damnum Impetranti fuiſſet, ſi probare non potuiſſet, pręſentem ultimam voluntatem ſive bonorum diviſionem præfixam, ſui defuncti patris manu propria, prout ipſi injunctum fuit, ſcriptam non fuiſſe, & irrevocabile damnum Reis extitiſſet

Camſterani ſupremæ Curiæ præjudiceali interloquio acquieſcūt ergo paternā manū per ſide abnegatā ſi probetur eſſe approbāt

tiſſet ſi paternam manum eſſe probaret. Cui interlo-quio, propter ullam interpoſitam reviſionem, Rei obtemperaverunt & acquieverunt, dum in examen hoc conſenſiſſe inveniuntur, & ideo, ex tali eorum conſenſu naturalis obligatio inducta fuit. *l. ei qui 1. de tempor. appell. l. ab eo C. quom. & quan. Iud. & l. 1. ff. de poſthum.* Hoc modo, ut paternæ abnegatæ, nunc autem probatæ & multis præſtantiſsimis teſtibus verificatæ manui, ſive, ſcriptæ vltimæ voluntati, ſive velint ſive nolint, alterius originalis prætẽſæ productione utpote ridicula reſpuẽda, & in nullo attendenda rejicienda, in honorem Curiæ Provincialis, utpote hujus, ſive per teſtes acquiſiti juris authori & cauſæ parere, & acquieſcere cogantur.

Naturalis obligatio inducitur acquieſcendo rei judic.

Alias enim judicij authoritas labefactaretur, ſi nempè Rei, aliquibus peregrinis oblocutionibus, (uti non ſperatur) in judicialis & reciprocè approbati, & diu antea, & nunc per multos teſtes, & varia documenta confirmati examinis deſpectum, nunc in puncto reviſionis eſſent audiendi, & dominus Impetrans, contra omnia judicialia, ipſis legibus vallata, & ſummoperè ſtabilita fundamenta, inhoneſtè fraudaretur.

Majeſtas S. C. propugnatur.

Æquiſſimum quippè eſt, ut tantæ celeberrimæ Provincialis Curiæ judicialiter demandato, habito, celebrato, & utriuſque litigantis conſenſu abſoluto juſtiſsimo, & omnibus vitijs purgato examini, & per conſequens prius inhoneſte abnegatam, nunc omnibus nebulis expulſis, nihil amplius attendendis

dis, tam paternam manũ ſufficienter procreanti, & parturienti auſcultetur, & honorificè optemperetur, quam pravæ intentioni Reorum diutiùs accõmodetur, intelliganti pauca.

a) Id Ariſt. lib. 2. Phiſi.

Omnia ad finem tendũt

Omnia enim quæ agunt, ad finem aliquem tendunt. *Iuxt. Ariſtot. lib. 1.* & omne agens, propter finem agitatur ad ſuſperiora & ideo cauſa finalis attendi debet. *l. fin. de hæred. inſtit.* profectò quicquid initiũ habet, ad finem pervenire neceſſe eſt. (b

Initium debet habere finem.

b) Ariſtot. in 3. Phiſ.

Curia Provincialis intentio ſuper maſculo directa ex admiſſo teſtium examine dicitur irrevocabilis.

Certiſsimum eſt, curiam ſuprem. antequam interloqueretur, paternam abnegatam manum probandam fore animadvertiſſe, quo facto, virtute cõmunis vocabuli **Bern**/ maſculum hunc Dominum Georgium, ſecundum Eponis à Laucuma teſtamẽtum deputatum, aut eundem Impetrantem ad minimum, ſecundum paternam hãc voluntatẽ, hac arce, in Sexbierum honorandum, aut ad minimũ honoratum eſſe perpendiſſe & ſic ſecundum hæc probata judicare teneri. *l. illicitas §. veritas & ib. Bart ff. de offic. Præſid. & §. 1. inſtit. de offic. Iud. c. 2. extr. de offic. ordina.* Ne (uti ſuperius allegatum) cõtraveniens dilucidiſsimis probationibus, per inutile aliquod examen, in ſuperfluas expenſas impetrantem conjeciſſe. *Bart, ad l. quidam exiſtimaverunt nu. 2. ff. ſi cert. petat. Bald. conſ. 127. incip. dominantibus lib 3 l. 2. in princ ff. de temp. appel. dicatur*

Nemo ad irrelevantia admittendus.

Cujus ne accuſari queat, Iudex paternam manũ nunc probatam, per ſubſequutam bonorũ diviſionem

Quod ſemel Curiæ placuit, poſt abſolutum examen optinũ diſplicere nõ debet.

nem, & matri conceſſum uſum fructum, omnibus cavillationibus Reorum reſpuendis, firmiſſimã eſſe minimè dubitari oportet. Ne quod, dictæ Curiæ admittenti Impetrantem ad probandum placuerit, amplius, poſt tantum examinatum numerum teſtium, circa unum & idem diſplicere videatur. *c. quod ſemel & ib. Dyn. extr. de reg. jur.* Ex quaſi enim contractu, inter partes, ita interlocuta eſt Curia, unde ſtabit ſuo placito. *Vlp. in l. 1. in princ. ff. de pact.* Ex quo Impetranri nunc acquiſitum jus illa auferre nõ poteſt,[a] & ſuum conſilium in detrimentum habiti examinis proprii mutare, quod jus nũc poſt feſtum mutari non debet. *Bald. in l. præcium C. de lib. cauſ. & l. non poteſt. ff de jud. Bart. & Dd. in l. edita C. de edend. & auth. qui ſemel. C. quom. & quand. judex.*

a) Text. in l. ſi poſt ſi quis caution. l. 2. C. de in jus vocand. ub. gl in verb. conced. Bald. nu 3. Iaſ. nu 1. & comm. Dd. Bart. Bald. in l. 1. in fin. ff. ſi quis jus dicẽt non obtemp.

Sic ut nullo medio, contra clariſsimas probationes Rei calumniando paternam manum à pœnæ privationis ſint liberandi, ad jura ubique allegata & ſparſim deducta.

Magnus favor erga proximiores maſculos ex imperfecta volũtate obveniens.

Præſertim cum tantus favor, erga proximiores de domo & familia militat, ut ſi quis in priore teſtamẽto perfecto, ſcripſerit hæredes extraneos, qui ab inteſtato, ad ſucceſſionem ejus venire non poterant, & eos teſtator, in ſecunda voluntate hæredes ſcribere inſtituit, qui ab inteſtato ad ejus ſucceſsionem vocantur.

Profecto licet imperfecta ſcriptura poſterior videatur, tamen infirmato priore teſtamento perfecto, ſecundum

ſecundum ejus voluntatem, non quaſi teſtamentū ſed quaſi voluntatem ultimam inteſtati valere, optimo jure ſancitum invenitur.[a]

Porro juris eſt, non ſolum ex nullo teſtamento obligationem oriri,[b] ſed pro conſecutione legati, ex eo directam actionem, à legibus conſtitutam reperiri[c] ſi pro exoneratione conſcientiæ facta deprehēdatur. Quod ſic eſſe demonſtrans omnium liberorum genitor Dominus Schelto, inter cætera, ſive ultimæ voluntatis præcepta ſic loquitur. **Voorder wil ick Teſtator/ dat Jarich mijn oldſte Soon** hic Dom. Impetr. **ſal hebben Lyaucuma Staten met het voordel/** adjicens hæc, notatu digna, **nae S. Epo van Lyaucuma/** cujus teſtamentū ſuper vocabulo **Bern/** nunc tam dolosè torquetur. **mijn Ooms teſtament.**

Quæ verba **nae S. Epo van Lyaucuma mijn Ooms teſtament** indicant, certificant, & aperto, apertius demonſtrant, in maſculinitatis veriorem explicationem, hunc Dominum teſtatorem naturæ & conſcientiæ impulſu conſtrictum, & preſſum fuiſſe, hanc gentilitiam arcem, ne ex communi hoc vocabulo **Bern/** ſequenti tempore deteſtabilis lis exoriretur, ſuo majori filio huic Impetranti, nullo modo ſibi chariſsimarum filiarum ſeniori filiæ aſſignare & præ aliis inſcribere debuiſſe.

Cui paternæ explicationi, ejus ſenior filia Siouca nunc ejus hæredes hi Camſterani aliam familiam

a) L. 2. ff. de injuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam & l. ſi duobus §. ſi prius ff. de contr tab. b. poſ.

b) Gloß. in l. 1. in 1. gloſſ. ff. de condict. indeb. Albert. in l. cū quis cir. prin. C. de jur. & fact. ign. Bald. in l. ſi poſt diviſionem in fin. de jur. & fact. ign.

c) Iuxt. text in §. ſive igitur & §. ſi aut hæc in auth. ut cum de appell. te x in l. fin. de hæred inſtit. Iaz. in auth. ex cauſ. nu. 20. C. de lib. præt.

Teſtatoris enixa & clara præcepta quib' patrui teſtamento Eponis injectum vocabulū Bern, ſatis explicatur.

 repræſen-

repræſentantes, cum tam audacter, impiè, doloſè, & deteſtandis mediis in obedientiſsimi extiterint, reliqua majorum Laucumanorum teſtamenta, de facto ſubvertere conantes, & unicum hoc vocabulum Bern excerpentes, præcedentia autem & ſequentia re & facto maſculos ſignificantia quaſi nullius intellectus haberentur, ſupprimere nitentes, tãquam notorii calumniatores & voluntatum oppugnatores habebũtur. *l. penult. ad exhib. l. contra ff. de leg*

Calumniator eſt qui unicum excerpit & reliqua dimittit & ſine operatione eſſe aſſerit. Camſterani immemores priorum propria confeſſione ſibi præjudicant.

Affirmant enim Reiipſi in ſuis replicis articulo 386 tanquam mendaciorum & contrarietatum immemores, fideicommiſſa ſolo natu, relinqui poſſe, in ejus propriæ judicialis verificationem allegant, *l. 2. §. qui neque ff. de hæred. inſtit. l. nutu. 21. ff. leg. 3.*

Certè ſi nihil aliud, quam harum legum ab adverſariis judicialiter allegata authoritas & propria confeſsio pro Domino Impetrante militaret, ut ſecundum omnia ſuperiora probata Axiomata plura, & maxima irrefutabilia, tunc virtute hujus confeſſionis hæc producta paterna propria & diverſis teſtibus probata manus, non ſolum deficiente prædicta diviſione, de jure ſubſiſteret, verum etiam, quod minus eſt, per eandem, vocabulum illud Bern per dictam hanc Domini patris quamvis inhoneſte abnegatam attamen virtute curialis decreti probatam, & ſic notam, perfectam, & maniſeſtam & ab omnibus liberis antea & poſtea approbatam ultimam voluntatem nunc ſatis explicatum, dilucidatum, & explanatum eſſe exiſtimaretur.

Hic

Hic enim Dominus parens, defuncti ſui patrui Eponis ſenſum, intellectum, mentem, & ardorem, erga maſculos directum, meliùs certiùs, & perfectius ſcivit, quam aliquis extraneus, garrulus, impius vagus, injuſtus, atque aliorum ad ſeſe non pertinẽtium bonorum ardens, multo minus, quædam mulier Siouca, tunc temporis nondum nata, edita, aut cognita, nunc paternæ interpretationi obedire conſtricta, ſcire potuit, & ſic huic explicationi, & hac paterna voluntate honoranda per expreſſa ſuperiora, elucenti, cum impiè hactenus, meris ac diverſis altercationibus mendaciis, & ſcommatibus rebellatum, & per Camſteranos futiliſsimè & indecẽter reclamatum fuerit, profecto tanquam in excuſabiles & malevoli refractarii virtute clauſulæ pænalis ſive privatoriæ, Eponis à Laucuma teſtamenti, ſummæ ingratitudinis doli, mali, & mendaciorum, & conviciorum commiſſorum convicti, tota ſubſtantia, quam inſuper præter hanc injuſtiſsime occupatam arcem nomine Aviæ ſuæ, utpote omnis præſentis in auditiæ litis fontis & originis hæreditaverunt, erint aliis in exemplum privandi [a]. Quibus quintũ Axioma ſatis niſi abundanter, & pleniſsimè probatum exiſtat.

a) Cravet. conſil. 1 post num. 3. verſ. non obſtat. Paul. d. Caſt conſil. 300. nu. 1 lib. 1 et eſt communis opinio Bertrand. conſ. 191. lib. 3. nu 2. part. Cravet, in conſ. 1. nu. 6. Iul. Clar. ſen. lib. 3. §. teſtamentum q. 69, nu. 1. 2. 3

SEXTI & VLTIMI
AXIOMATIS PROBAT.

Sexti Axiom. Probat.

SExtum & ultimum, propter ſui firmitatem non opus eſt, pluribus munire, ſed quia, adverſarii nullo aliquo fundamento armati, in a-

Digitized by Google

Ordinatio patriæ perperã allegatur.

ctis allegaverint, ſe nullam vim apprehendẽdo Laucumanam arcem commiſſe, quod ſecundum ordinationem patriæ, hæreditaria obventa, brachio juſtitiæ minimè implorando, occupari licerẽt, intermittere non potui, hanc ipſis non competentem exceptionem eripere, & luce clariùs probare, illos à commiſſa vi, alioque notorio ſpolio & delicto gravi non eſſe immunes. Cõſiderandum itaque erit, quõdam Eponem à Laucuma, ſi inteſtatus in fata conſeſsiſſet ne obulum jure ſanguinis, ad hanc Dominam Sioucam, neque natam, aut quemadmodum ubique allegavimus, neque cognitam aut natam, & in lucem editam transferre potuiſſe, ſed omnia bona, in hujus patrem Dominum Scheltonem, ejuſq; fratrem Sicconem, horumque ſorores, dictæ Dominæ Sioucæ amitas, Domicellam Luciam & Catharinam, utpote gradu proximiores devolvenda fuiſſe, ergo illa, neque ejus hæredes prætendere poſsũt hæreditaria, propria manu apprehendi poſſe, poſtquam ordinato patriæ falſiſsimè, & injuſtiſsimè hoc caſu allegata, de remotioribus non, ſed tantum bonis ad ſuos, legitimos, domeſticos, aut ab inteſtato, ſucceſſuros, devolvendis loquatur ergo.

Deinde, poſito, minimè conceſſo, hæc arx rapta ab Epone à Laucuma in deſpectum ſive depreſſionem ſive excluſionem, ſive manifeſtam invidiam optimis moribus inſtructarũ virginum charifsimarum, tunc temporis viventium ſui fratris Sicconis filiarum, Dominæ Luciæ & Catharinæ (ut nullo modo) ad huc incognitæ remotiori fœminæ huic

Sioucæ

Digitized by Google

Sioucæ, per vocabulum **Bern** legata fuiſſet, certe eandem propria authoritate ingredi non debuiſſet, quod legatum ſit delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo quod univerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit. *Iuxt. text. in l. legatum ff. de legat. & fideic.* Item alio loco definitur legatum eſſe donationem quandam, à defuncto relictam ab hærede præſtandam. *Iuxt. §. legatum. inſtit. de legat.*

Ex quibus definitionibus apparet, & docemur juris remedia proponenda eſſe, quibus legata expetenda veniant.

Quòd adeò obtinet, ut neque ipſe hęres ſcriptus, teſtamento nundum aperto, hæreditaria invadere, ſed interdicta poſſeſſoria implorare debeat, prout verba textus indicant *Iuxt. l. 3 C. de edict. D. Adriā. tollen.* maximè ſi ſolenniter publicata fuerint. *l. 2. C. quem. teſtam aper. & vid. Bart. ad l. 2 C. de teſtam. & quemad. teſtam. aper.* Item ordo juris exigit ut ſecundum eum judicem causa expediatur. *l 1. C. de libe. cauſ. & l. 1. C. de execut. rei judicat* Et ideo teſtamentum prius aperiatur, & omnia legitime vocatis vocandis, quorum intereſt, diſcutiantur, & in formam publicam redigantur, quibus factis poteſt hæres in poſſeſsionem mitti deſiderare. *Iuxt. l. hac conſultiſsima in fin. C. de teſtam. & l. fin. dict. tit.*

Heres ſcriptus bona authoritate propria invadere non debet.

Sed ſi alius poſſideat, ſive juſte, ſive injuſte, non fit immiſſio, niſi parte prius citata, *l. meminerint. C. und. vi. l. fin. C. ſi per vim vel alio mod. Innoc in c. licet, Epiſcopus de conceſs. præben. & vid. Bart. ad l, 3. nu. 16. C. de edict. Div. Adrian. toll.*

Digitized by Google

Immiſsio violenta. Vnde hæredes ab inteſtato, vero titulo, pro hærede poſſeſſuri, ſi non fuerint citati, immiſſio quaſi violenta caſſanda eſt. *Iuxt. Bart. ad dict. l. 3. nu. 21. ſub fin.* & eam miſsionem, ut in text. publicarum perſonarum teſtificatione accipere oportet. *Iuxt. Bart. in fin. nu. 24.*

Ex quibus verbis ſupradictis TESTIFICATIONE publicarũ perſonarũ notandũ eſt. Quod ille qui judicis licentia poſſideat, per publicum inſtrumentum probare debeat immiſſionem, nec videtur ſufficere illud per teſtes oſtendere. *Iuxt. text. ſed per pub.* ſcripturam fieri debet, *c. quoniam contra extr. de probat. & l. ne in arbitr. C. de arbit.* ſiquidem talis inimiſs io debet ex notorio fundari. Quemadmodum commiſsio data judicis familiæ, ut aliqua executio, realis vel perſonalis fiat, non valet, niſi inſcriptis exprimatur. *Bald. in c. cum parati de appell. & per text. in l. miſsi. C. de exact. tribut. lib. 10. & vid. Dec. in l. pactum. quod bona fide C. de pact. ub. Dd. & plene Ro. ſing. ſuo 6.*

Illatio irrefutabilis. Hæc præſtantiſsima, & ardua juris præcepta cum etiam hæredem per nomen, cognomen, & expreſſè inſtitutum adeo conſtringant, ut judicialiter fiendæ inimiſsionis requiſita, ne apertam vim committere dicatur, implorare cogatur.

Profecto Domina Siouca Impetrantis ſoror ſenior, prius nupta Hummero à Camſtera, nunc ejus filij Tyallingij liberi, eorumque advocati præallegata ordinatione, ſive juris manicipalis tertio articulo, nullo modo, ad commiſſã declinandã vim, ſive apertam

tam

tam violentiam ſe defendere aut ab eadem purgare non poſſunt, quia ordinatio Patriæ loquitur de hæredibus ab inteſtato tam aſcendentibus, quam deſcendentibus ex latere ſucceſſuris, minimè autem legatariis.

In propoſito dicta Dom. Siouca quemadmodum ſuperius probavimus, & ab adverſariis non negatur, Domino Eponi à Laucuma ab inteſtato ſucceſſura hæres non fuit.

Sed juxta haſce præſentis litis motæ deteſtandas moleſtias, & omni jure damnandas diſputationes, ſub involucro vocabuli Bern/ hanc gentilitiam arcem, ad Camſteranam familiam, non utpote hæres ſed legataria, per ſibi incompetentem teſtamenti viã trajicere niſa, & omnibus diverſis aſtutiis, nequiſsimè conata fuit, cujus hæredes hoc momento iiſdem veſtigiis inhoneſtiùs inhærere conſpiciuntur.

Quamobrem præſentis improbæ litis ventilatio, imo omnia acta & actitata manifeſtant, hanc dictam Sioucam, ſi per vocabulum Bern/ legataria exiſtimari potuiſſet ut ſecundum priorum Axiomatum factas Probationes (nullo modo) legitima actione, hoc legatum, per dicti Domini Eponis teſtamentum ad hujus Patrem devolutum, à ſuis confratribus & ſororibus utpote paternæ ſubſtantiæ totalibus cohæredibus, conſtrictam fuiſſe repetere.

Quo caſu ejus paterna propria manu ſcripta ultima voluntas ſuperioribus teſtibus probata, illi præ-

Digitized by Google

ter dicti Domini Eponis teſtamentum, hanc neque in unica ſyllaba admittens, ſed planè propter jura ſuper maſculorum prælationibus diſponentia excludens, obſtitiſſet, & eandem non ad legatum hoc pertingere admiſiſſet, niſi contra ſcilicet paternam diſpoſitionem dictam reſtituta, aut eadem caſſata ſive annullata fuiſſet, & ſic bona omnia propter frivolā hanc oppugnationem prius reſtituiſſet, quæ ex tali paterna manu percepiſſet, ne arce hac per eandem ſibi denegata gauderet, & bona ipſi quoque aſsignata, reſpectivè contrariè detineret & illegitimè ſubtraheret, juxt. diverſa jura & rationes ſuper quinto Axiomate deductas & allegatas.

Paterna diſpoſitio approbata improbari non debet.

Nunc horum minimum requiſitum ne quidem obſervavit, ſed matre mortua, jacenti *hæreditariæ* arci, in præjudicium & omnium Laucamanorum teſtamentorum, ad unum, & eundem finem ſcilicet maſculorum prælationem & fæminarum excluſionē tendentium authoritatem, vires, & notorias poteſtates, idque inſuper contra paternam diſpoſitionem, ſuper eadem factam & approbatam diviſionem judicis authoritate planè ſpreta, & contempta, ſeſe immiſcuit,[a] ſive ſeſe ad hanc arcem intromiſsit, & ideo quamvis ejuſdem totalis & unica hæres inſtituta fuiſſet, ut minimè graviter peccaſſe, quanto magis nunc in excuſabilem turbam, vim, & violentiſsimū actum, tanquam prætenſa fideicommiſſaria, aut legataria commiſiſſe, ab omnibus dici debebit? id teſtantur jura de hærede ſcripto obſervanda, allegata.

a Vid. articulos ſalvation. teſt. 257 243. 244 qui teſtantur violentam invaſionem.

Auget Reorum aviæ inexcuſabilem commiſſam vim

Digitized by Google

vim, per hoc quod ejus parens Schelto à Laucuma, hanc arcem in Sexbierū cum ſuis pertinentiis maſculinitati in æternum conſecratam quamvis alienam, vel ipſius filiæ (uti minimè) propriam, vel rem hæredis, optimo jure ſuo filio huic Domino Impetranti prælegare potuerit. *Iuxt. §. non ſolum inſtit. de legat. expreſſ. text. in l. non dubium §. ſed ſi cui legatum l. qui concubinam § fin. ff. de legat. 3. de aur & argent. leg. Titia §. 1. & argum. 8. depoſſ. l. 3 & 5 l. mortuo §. 1. & 11. & 1. ad l. Falcid. l. alienus & infra de fideicommiſſ. libe. l. alieno § ſiquis.* Quam illa Siouca relaxare debuiſſet & nunc quod ſuo patri ſucceſſerit, ejus factum approbare obligata. *Iuxt. l. ex qua perſona de reg. jur. l. ſi uxor C. de bon. auth. Iud. l. ſi ab eo C. de negot. geſt. l. ſi ab eo C. de lib. cauſ. l. ſolutum de pignor. action. & l. cum à matre C. de rei vindicat.* ſcilicet ſecundum dereliĉtā dictam hanc ultimam ejus voluntatem honorato ſuo fratri cedere, aut utpote, pro ſua quota alienam redimere aut ſi vendibilis non eſſet, juſtam æſtimationem ex ſuis pro parte præſtare & ſolvere conſtringi debuit. Quibus omnibus non attentis eandem ante multos annos, poſtquam non ſolum invaſit, & violenter ſuis deteſtandis uſibus applicavit, juris ratio jubet, ut ejus violentiæ reſpectu notorii ſpolii pæna emendetur.

Res aliena in ſuis termi nis legari poteſt.

Per cujus in ſeſe provocatam, & legitimis tramitibus vindicandam acerbitatem, juramento in litē, poſt ablatæ arcis factam reſtitutionem merito ſubjacebit, [a] Idque odio delinquentis aut ſpoliantis, & propter difficultatem probationis, quo in poſterum ſimile attentaturi fraudibus occuratur. *Iuxt. Bart. ad l. cunctos*

a Text. in l. 2. & in l. in actionibus ff de in litem jurand. & in l. ſi quando C. und. vi. DD. ibid. tex. in l. ſemper §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.

Digitized by Google

l. cunctos populos C. de ſumm. trinit. & fide cathol. & ſummo cum neceſſario abſentium commodo reipublicæ peſtilens extirpetur. *vid. eund. Bart. ad d. l. omnes populi nu. 22. & 24. de juſt. & jur.*

Objectio. Nec obſtat aut Dominam defunctam Sioucam ſeniorem partum, ejuſque filium Dominum Tyallingium à Camſtra & ejus liberos præſentes Reos relevare poteſt, parentes ſcilicet Domini Scheltonis à Laucuma propria manu ſcriptæ, & de relictæ teſtationi debitis ſolemnitatibus utpote carenti, denegando ſolutionem rei legatæ, eoſdem propterea nullam vim commiſſe videri.

Ad id reſpondetur verum eſſe, eo caſu, quo talis voluntas omni jure nuda, nulla, inſufficiens aut vitioſa extitiſſet, & ab omni invaſione Rei deſtitiſſet, ſive ſeſe omnes temperaſſent tam diu, donec per ſẽtentiam finalem talis caſſata, ſive annullata & poſtea judicialiter immiſſi fuiſſent.

Quod nunquam ante violentam hanc invadendi audaciam factum eſſe docebitur, ſed negari non poteſt, eandem Patris probatam diem ac datum, ac in dorſo hæc verba ſuperius allegata. **Dit is een ontwerp van mijn Teſtament dat ick wil dat het van mijn kinderen onderhouden ſal worden/** & ſic in hibitoriam authoritatem continentem ab omnibus liberis ſatis reverenter, & quam obedientiſſime, per conceſſum matri defunctæ uſumfructum, eſſe approbatum & arduum, & magnum ſecundo fratri Domino Sicconi à Laucuma nobilium quarundam

rundam ædium iiſdemque multorum graminatorū annexorum legatum eſſe ſolutum, & per omnes caſus, ad diuturnum uſque tempus hoc modo abnegatam paternam ſępius nominatam diſpoſitionem, per varios hujuſmodi actus, & ſolutionum media obſervatam quod ipſam ſuper quarto Probato Axiomate, & alijs in locis cum adduxerimus.

Quorum reſpectu prædicta Domina Siouca ſuam quoque partem bonorum Laucumanorum ex præcepto paternæ hujus perſpicaciſſimæ & de jure validiſſimæ ultimæ voluntatis, inter cæteras ſorores, hæreditaverit, perceperit, & eandem moriens, ad ſuos ſucceſſores hoſce præſentes reos tranſmiſerit: idcirco quilibet fateri cogitur, hanc raptam arcem, circa unam, & à ſeſe re & facto approbatam paternam æquiſſimam diſpoſitionem, ipſi abjudicatam & maſculo, nimirum ſuo fratri ſeniori Domino Georgio à Laucuma, huic Impetranti, ſecundum majorum teſtamentaria pręcepta aſſignatam invadere non debuiſſe, ſed potius, ſi hanc pœnam violatoribus deſtinatam evitare voluiſſet, huic textui ſerio præcipienti, auſcultaſſet.

Parentibus arbitrium dividendæ hæreditatis inter liberos adimendum non eſt, dummodo nō minus is qui pietatis (nota) ſibi conſcius eſt, partis, quæ inteſtato defuncto, potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat. Qui autem agnovit judicium defuncti, eo, quod debitum paternum pro hæreditaria parte perſolvit, vel alio legitimo modo ſatisfecit, etiam ſi minus

Digitized by Google

mam vim, & omni jure prohibitam reprobā rem commiſiſſe, & nunc ad omnium refuſionem, per juramentum Domini Impetrantis (qui hactenus inj juſtiſsimè omni majorum ſibi deſtinatorum commodo, cum nimio deſpectu privatus extitit, & pro eorundem recuperatione, dilectiſsima conjuge liberis ſuaviſsimis, cum magna jactura domeſtica, per multos annos remotus, & quaſi oſtiatim circumcurrens, multos animi dolores moleſtias imò corporiſque inſidias, & inſultationes, ſine dubio, inſuper paſſurus, ſive mortis pericula ſubiturus, forſan præſumendus erit) non eſſe juxta zenonianam conſtitutionem condemnandos. *Iuxt. l ſi quando. C. und. vi. quæ repetitur in c. ultimo quod met. cauſ.* ſic ut ſuperior objectio ſatis refutata nihil operetur.

Et quamvis hi Domini Rei, inſuper hiſce reclamarent ſive oblocuturi, dicere poſſent, juramentum in litem contra eoſdem utpote facta defunctorum ignorantes, decerni non poſſe, vel utpote aviæ delicto minime gravandos eſſe, & ſic in nullo teneri, *Iuxt. Bart. in l. 1. C. quæ ex fac tut. & l. ne quid ff. de incend. ruin. nauf. & dict. l ſi quando C. und. vi Bald. c. 1. verſ conventiculas de p jur. ſir. Canon. c. ult.* Quod hæc pœna neutiquam extendenda eſſet extra perſonam delinquentis.

Tamen cum Dominus Tyallingius à Camſtra, vir ſani judicij & legitimæ ætatis ſuo avunculo reduci facto, paternas ædes malevole prout in facti ſpecie deductum eſt recuſaverit, & contra naturalē rationem, & omnium teſtamentorum catenatas vi-

Digitized by Google

res ubique viventibus maſculis, re & facto fœminas ab hac arce excludentes & ſeparãtes, ſub [illegible]um unius vocabuli Bern/ perverſe & frivole, in præcedentium & ſequentium deſtructionem, ſuam matrẽ quaſi ante omnes liberos prius natam, quod tantum facti eſt, improbe, quæ juris ſunt, nempe filiorum ſive maſculorum fortiſsima jura ſuprimere non erubuerit, obtrudere tentaverit, & immodicis litis motæ diverſis expenſis, dictum graviſsimum ſuum avunculum defatigare, moleſtare, injuſte circumducere, & more materno deterius avitis, ſive agnaticis antiquiſsimis bonis ſpoliare, & non obſtantibus ſibi juſtiſsimis præſentationibus oblatis, & per præſtantiſsimos cognatos præſentatis, defraudare tentaverit, & litem pro ablatorum recuperatione contra ſeſe conteſtari paſſus, imo ejus liberi ejuſdem veſtigiis aſperius inhærere cum inveniantur, & omnia ſcandala objicere, mendaciis ſuum avunculum magnum Heroem præſtantiſsimum ſuperfluis conviciis diffamari admittant, ſumma omnium præteritorum commiſſorum peccatorum mole, ac ſarcina ſemetipſos onerare non erubuerint, tanquã notorij & veri violatores, propter prædictam factã litis conteſtationem puniendi judicabuntur. *Iuxt. l. ult. C de fidejuſs. tutel. l, 1. C ex delicto defuncto l penult. & ult. C de in lit. jurand.* Et hæc ſententia frequentius obtinuit *ut per Dd in dict. l. ſi quando & l ult. C. de in lit jur. Ang. conſ 307. Alexand. in l. ſed ſi ex ſtipulatu. ff de verb oblig & noviſsime Anto Capij in notab. deciſ. Neap. deciſ 91 nu. 2. & afflict. deciſ. 200. nu. 8. eundem in tit. de pac. jur. firm verbo illicitas nu. 9.* Et præ dictam opinionem communiter teneri *a, Dd. Iaſon*

ſon. teſtatur in dict. l. ſi quando nu. 37. verſ. ſucceſſive pro intellectu. & nu. 43 verſ retenta communi & ib. Cyn. Bart. Alber Bald. Salic & alij Corn conſil. 123 viſo. lib. 1. Curt. ad l. admonendi nu. 215. in fin. & ib. Do. Sacc. nu 54. & Iac. Pet dc Ptolo. nu. 250. & alij Dd. ff. de Iure Hippol. ſing 338 extant ſtatuta idem in l. 1. col. 2. verſ. ulterius ſcias, de quæſt & Paris conſ 158. ſi jus commune col. penult. nu. 28. vol 4. Idem quoque Io. Bap. Plot. in d. l. ſi quando 768. tradidit ubi adhuc plures allegat Dd. & aliquot pulcherrimas ejus doctrinæ limitationes ſive fallentias ſubjungit nu. 774. & 775. Hoſtien. tamen putavit ſolam difficultatem probationis ſufficere, ut huic juramento locus ſit *in d. c. ult. per c. 2. de cle. pereg. & per not. in c. cum olim 1. de privile.* quæ ſententia videtur rationē habere. Nam probatio illa æſtimationis, non tam in odium violenti ſpoliatoris, quam in gratiam ſpoliati, damnumque paſſi, à Zenone admiſſa videtur. Ergo utcunque ceſſet odium in hærede ſpoliatoris. Tamen favor damnū paſſi, ob id (nota) non deſinit, qui inique ſuis rebus exutus eſt, merito ergo ſi adſit (uti in propoſito, difficultas probandi, valore rerum oblatarum videtur illi deferendum eſſe jurandi conditionem, ex prædicta conſtitutione, cum ſubveniendum ſit probationibus & punienda authorum eorumque hæredum maleficia. *l curent. C. de hæret.* &c. Ad quorum vindicationes jure conſulti adeo propenſi ſunt, ut ſufficere hoc caſu probationes per conjecturas poterint, & hoc omne judicantis arbitrio (nota) relinquitur, is enim, ſi aliquas tantum conjecturas habeat ut in propoſito clariſſimas ſive notorias, poterit actori jurandi conditionem deferre, non quidem tā-

tum leonis conſtitutione, ſed ut alias ibi ſemiplene probatum eſt, differri jure poteſt, nempe ex l. in bonæ fidei *C. de reb. cred. & l. admonendi ff. de jur. jurand.*

Quibus omnibus cuilibet intimatum eſſe exiſtimans, violentos invaſores nulla ratione eſſe ob cõſervandam honeſtæ vitę ſocietatẽ excuſandos. Quinimo Domina defuncta Siouca, ab hac commiſſa vi, quamvis judicis decretum immiſſionis imploraſſet, &(uti minimè) factum eſt, obtinuiſſet, æque, ab eadem ſeſe non purgaret, quod ipſum ſuperius propter hactenus cruentiſsimum dominans bellum ſic eſſe docui, & hiſce, in ſuperfluum docebo.

In teſtamento Domini Eponis à Laucuma præcavetur, ut ſi Domino Scheltoni à Laucuma ſenior partus ſucceſſurus inſufficiens foret, alius ex junioribus prolibus, ſecundum judicium Abbatis in Lidlum, & Paſtorum in Oiſterbierum & Pieterſbierum, idque in æternum, obſervaretur, electione ſive examinatione habita, aptior, dignior, & validior, excluſo ſeniore, impotentiore, huic Domui Laucumanæ præficeretur.

Certè hæc ordinata defuncti in perpetuum duratura proviſio, eo reſpicit, ut nullus horum Domini Scheltonis à Laucuma liberorum ſemetipſum in deſpectum collatorum ſcilicet Abbatis, & Paſtorũ, tanquam ordinatorum judicum obtrudere, & digniorem æſtimare auderet, quia quod ex alieno judicio terminandũ exiſtit, pendente eo, ob evitandã vim, conſtrictus vel conſtricta, vel alterius judicio obnoxius,

obnoxius, aut obnoxia, terminat, & ſic hæc demā-data teſtatoris deprimere non poteſt, quod legibus, & præceptis defunctorum ſi hæredes eſſe velimus obedire cogamur, aut eo neglecto, hæreditate tota utpote voluntatum manifeſti prævaricatores, & indigni oppugnatores habebimur, quod adeò obtinet illum dolo carere non poſſe, qui tali mandato non obtemperaverit. Et ideo authore Livio Torquatus filium, quod injuſſu ſenatus, contra hoſtem pugnaſſet & viciſſet, morte mulctari juſsit. *Vid, Cicer. lib.3. de ll. & Vulteum in lib. de jur. prud. roman. c. 12.*

Decet itaque probum ſucceſſorem demortui teſtatoris facta, legitima præcepta, ſive digniori, aptiori, & præpotentiori ordinatam ſuccedendi legem obſervare, non frivole, deſpectè & turpiſsimè eradicare, & proprio auſu temerario, ante ullam latam ſententiam, bona agnatica, ipſi maſculinitati in æternum deſtinata, auferre.

Et quamvis horum avia Domina Siouca, electioni ſive decreto Abbatis & Paſtorum, per hoc quod ſenior partus extitiſſet, & ſic abſque hæſitatione ad hoc legatum utpote ſubſtitutus ſive prælatus præ omnibus diceretur, non ſubjaceret, vel ſubjacere cogeretur, nullius eſt momenti, juxta priora irrefutabilia pagin. 20. 21. 22 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & ubique ſuper ſecundo Axiomate latiſsimè deducta. Quandoquidem illa tanquam muliebris perſona, id quod in præcedentibus & ſubſequentibus clarioribus teſtamenti verbis erat præceptum, præſtare & ſupplere non poterat, ſcilicet Laucumanam po-

Digitized by Google

ſteritatem propagare. Dixit enim teſtator ut domus hæc perpetuo remaneret, penes Scheltonem, agnatum ſuum ſeniorem, Sed quomodo potuit perpetuo remanere penes Scheltonem? ſi in ea filiæ daretur ſuccedēdi locus. Illa enim verba, perpetuo, ſignificant tempus in futurum, & ſine præfinitione, & in ſecula ſeculorum ut inquit *Bart. in l. annua. §. titia ff. de ann. legat.* Cum igitur domus non poſſet perpetuo eſſe penes Scheltonem agnatum ſuum ſeniorem, niſi inter omnes agnatos inductum cenſeatur fideicommiſſum, fatēdum eſt, voluiſſe teſtatorem, quod domus per fideicommiſſum tranſiret gradatim in agnatos, & non ex aliena familia in lucem editos. Quia verba debent intelligi, ſecundum conditionem perſonæ. *L. plenam §. aquilij ff. de uſu & habitat.* Et ſecundum ſubjectam materiam, nempè familiam Laucumanā, ſic ut propter hæc & ſimilia nativitas muliebris quæ facti fuit, jura ſanguinis nempè maſculorum ex teſtamentis diverſis promanantes prælationes, quæ juris ſunt, ſubvertere non potuit. Præſertim propter conceſſum uſum fructū matri Helenæ á Decama, paterna teſtatio multoties repetita Dominam Sioucam ab hac arce ſeparans, Impetrantem hunc & ſic omnibus ſororibus præferens, neceſſariam litē prius determinandam & Eponis à Laucumi in Abbathē & Paſtores utpote ejus collatores tranſlatum judicium prius adhiberi, & terminari voluit quod per longiſsimum tempus belli exerceri cum nequierit, ab omni violenta poſſeſsione hæc Domina Siouca abſtinuiſſet, quæ nunc ante initas inducias mortua quamvis in vivis exiſtens præ fratribus nullum jus

habens

Digitized by Google

habens,ſic quoque diem exercendæ electionis non vixit, nihil quoque in ejuſdẽ ſucceſſores transferre potuit, occupando tamen arcem graviter peccavit, & Domini teſtatoris legem ſuccedendi,& paternam diſpoſitionem ipſi obloquentem peſsime violavit, & ante judicialem calculum inhumaniſsimè prævaricando,contra eandem graſſata invenitur,quorũ omnium reſpectu à quovis homine nulla ratione, excuſanda, nunc ejus ſucceſſores,hi præſentes Rei, quod in ejuſdem aviæ & patris malam fidem ſcientes prudentéſque proſilierint. *Bart ad l.2 nu 2.C.de fructib & lit.expenſ.l.cum hæres de diverſ.tempor.præſcript.& l.1. C. de long.temp..præſcript.* Secundum priorum axiomatum probationes, & ab ipſis eorũque patronis commiſſa inexcuſabilia facinora, aut malefacta, erint mulctandi.

Quod adeo verum eſt,ut ſi ipſe Iudex ordinarius, in hac,ſub ordinatis teſtamenti collatoribus nunc eorundem ſucceſſoribus, ſemper & infinitum ſuper exortis quæſtionibus determinanda pendenti cauſa per falſa narrata ſeductus operam aliquam præſtitiſſet,qua prima ſpoliatrix Dom Siouca nunc ejus hæredes hi Camſterani alienam familiam repreſentãtes,ſe à commiſſa vi aliquo modo purgarent, æque non eſſent excuſandi: Quandoquidem teſtator Epo Romanæ fidei amantiſsimus, Abbathem, & Paſtores utpote eccleſiaſticos collatores amore ſuæ familiæ raptus,ſuo teſtamento præfecit,quorum electio,ordinatio,&conſtitutio,abſente omni alio adminiculo,ſecundum Patriæ noſtræ quotidianum ſtylum ac morem,non ex muliere, mariti emenda-

Digitized by Google

tioni ſtrictiſsimè, licet aliter cautũ ſit, obnoxia. *Roland. conſ 27. nu. 13. 14 & 15. vol. 3. & vid. Bald. cõſil. 176. col. 2. & vid. l. 1. C. de emendat. propin. & §. ſi quis autem in auth. ut lic. matr vel avi. collat. 8.* Sed maſculino ſemine natos eoſque proximiores, ad aliquam arcem, caſtrum, aliudque præſtantiſsimum prędium æternitati deſtinatum in familiæ honorem, unde provenerit, eligi oportere, de facto cauſatur. Quanto magis in propoſito, ubi õnes majores Laucumani maſculinitatem per gradum Scheltonis & Sicconis, idque in infinitum prętuliſſe inveniuntur, vivente eo ſcilicet gradu, hæc defuncta fæmella domina Siouca repulsã ſentire debuiſſet? Quod gradum non habeat. Mulierem enim nulli, niſi ſpurij, ſive vulgo quæſiti [a] legitime autem nati patrem ſequantur, quo ad familiam & agnationem. *Text. eſt in l. cum legitima & l. vulgo concepti de ſtat. homin. §. 1. inſtit. de legit. agnat. ſucceſs. text. in l. familia ff. §. fœminarum ab Alci. ff. de verb. ſignif.* Si nunc Cāſterani, ex capite ſuæ aviæ gradu familiæ paternæ carentis liberoſque in poteſtate non habentis, *§. cæteri inſtit. de hæred. qual. & differ. de adopt. l. illud. §. ad teſtamenta de bonor. poſſeſs. auth. mulierem de adoption.* Laucumanæ ſtirpi, præ omnibus alijs honoratæ ſeſe immiſcere diutius attentarent, quaſi gradum mulicbrem in deſtructionem omnium legum falſiſsimè baptizarent, qualis teſtatorum Laucumanorum mutatio, & notoria Camſterana quædam deperverſitas naſceretur? Nam quemadmodum abundanter evidentiſsimis legum rationibus probatũ conſtat, ex muliere natos, item baſtardos de domo & familia dici non poſſe, quod jus gradui, ſive eidẽ familiæ

a) L. natura ff. de ſtat hom. l. & l. ejus qui ff ad municip. §. vulgo quæſitos inſtit. de ſucceſ. cognat §. 1. inſtit. de legit. agnat. ſucceſs. & l. capitis de ſuis & legit. hæred. § ſunt autem ff de legit. agnat. ſucceſſ.

Fœmina liberos in poteſt. non habent

familiæ deſtinatum non cadat in coſdem. *Bald. in l. certum. in 4. ration. C. und. legit. 1. in princ. ff. ad Syllan. & ib. Iacob. de Aret. l. cum unus in princ. ff. de alment. legat. vid. Bart. ad l. pronunciatio §. familiæ nu. 1. ff. de verb. ſignif. gl. ad l. 1 ff. de probat. l. hac parte & l. ſi ſpurius. ff. und. cogn.* Communi enim jure familiæ dicimus omnium agnatorum *l. cum unus. ff. de alment. legat.* Vnde Camſterani, ne ſcienter in peccato ignorantiæ quaſi malicia quadam obcæcati leges ſanctas diutius blaſphemare, contrectanda Laucumanam Domum, ipſis indeſpectum paternæ familiæ indebitam, contra diverſa teſtamenta, hiatu quodã avariſsimo ſitire, ac præeminentia alterius familiæ inhoneſtè diutius delectari non videantur, cenſendum & ſtatuendum erit, horum aviam Dominam Sioucam reſpuendo haſce ſummas legum rationes judicio & decreto teſtamenti executorum tranſigẽdas, & determinandas magnam vim invadendo domum Laucumanam commiſiſſe & contra *l. vi pulſos l. invaſor locorum & l. meminerint c. und. vi* graviter peccaſſe, & re & facto *Iuxt. l. ſiquis in tantum C. und. vi* deliquiſſe, cujus acerbitate quadrupli reſtitutioni nunc ejus ſucceſſores, eandemcommiſſam vim quotidie approbantes vitioque dictæ ſuæ aviæ innitẽtes ſubjiciendos, & ſic aliis in exemplum pro ut in præſentis diſcuſsi caſus figurationi ſubjecta probata mea opinione, concluſum exiſtit, aut ad minimũ, ad violenter ablatæ arcis, eidemque annexorum omnium reſtitutionem, una cum fructibus perceptis, & percipiendis expenſarumque refuſione, moderamine judicis taxanda, puniendos eſſe.

Digitized by Google

Et licet Camſterani aliquam ſententiam contra Dominum revidentem, per falſas preces obtinuerint, nihil celeberrimæ Curiæ Provincial. Phriſiæ reformando eandem derogabit quod ſap ens ſit, conſilium mutare in melius. *Iuxt. Bart. in §. 1. in auth. de nupt. nu. 1. ubi dicit gloſs. hæc verba Salomonis eſſe. c. unuſquiſque 22. q. 4. c. loci 35 q. 5. qualiter & quomodo extr. de accuſat.* Horum conſideratione IC. ad unius partis inſtantiam, & ſuggeſtionem conſulens, ſi ex adverſarii jure intellexerit ſe male conſuluiſſe debet conſilium ſuum revocare, & corrigere errorem, ne contra conſcientiam in ſua injuſtitia perduret. Hac ratione motus Divus Auguſtinus, circa articulos fidei, qui antea ignorantia ſua multos decepiſſet, libros retractationum ſcripſit, porrò ſiquis cognita veritate, non deſtiterit ab errore ſuo, ſequeretur, quod nemo hæreticus relicta ſua hæreſi, ad veram Chriſti religionem deſcendere poſſet quod falſiſſimum eſt, cum homo in hoc corpore conſtitutus, propter mentis obtuſionem, quaſi per ſpeculum in ænigmate, ipſam veritatem contempletur. Cæterũ hic illam abſolute cognoſcere non poterit, verum ſi Deus per ſuam gratiam, illum altius illuſtraverit, ſemper relictq. deteriori, ſe ad melius illuſtratum bonum inclinare debet, nec dicere, hoc ita antea ſenſi ergo mihi in eo perdurandum. Quodquam deteſtabile ſit, omnibus innoteſcit, ſemper enim dum vivimus, & altius ſentire, melius ratiocinari & ad ipſam veritatem propinquius deſcẽdere poterimus umbras enim juſticiæ, non ipſam juſtitiã cognoſcimus, *Cicer. lib. 3. offic. & vid. de ſpecul. Platon.*

Quam

Quam ob cauſam motus Plato, cum interroga-retur, quamdiu ſuis præceptis ſtandum eſſet, reſ-pondiſſe fertur, donec ſe melior interris ſurrexiſſet, quo reſponſo judicavit, neminem in hoc corpore, quantumvis doctiſsimum, & perfectiſſimum, tamen alium eo ipſo ad huc meliorem, & doctiorem inveniri poſſe, cujus præcepta laudabile eſſet ſequi inferiorem, exemplo nobis ſit Diva Barbara nobilitate generis præclara, cæterum virtutum præmiis præclarior, cum ad fidem Chriſtianam inclinaret & relicta idolorum vanitate ipſam fidei veritatem ſequeretur tamen agnita ſapientiſsimi viri originis fama, perculſa eſt & ad huc melior fieri, ab illo deſiderans, literis eum compellavit, ſupplicans, ut ad ipſe, venire noctem ignorantiæ diſcutere chaos confuſionis auferre, ab ancilla ſua, & ad ſolum juſtitiæ, lumenque diſcretionis, ipſam deducere dignaretur.

Hic videmus, quod virgo ſapientiſsima, quamvis ſcintilla fidei exardeſceret, tamen in ea quaſi perfecta, ſubſiſtere noluit, ſed intelligens ſe meliorem exiſtere illum ad ſe vocavit, ut ejus præſentia & moribus & diſciplinis perſuaſa, errorem ſuum cum veritate commutaret. Hoc modo Divus Paulus ſervũ oneſimum proconſulem ſergiam, immò innumera millia hominum, ad Chriſtum lucrifecit, quibus ſi vitio daretur, & jure conſulto, quod deterioribus conſiliis relictis, ad meliora niteretur. Quòd cum in utroque caſu abſurdiſſimum fuerit, ſummæ laudi attribuendum ipſi erit, quod intellecto meliori, agnoſcat errorem ſuum, eum revocet, & quod me-

Digitized by Google

lius eſt, & veritati propinquius, ſequatur, nec obſtat *l. nemo poteſt. ff. de reg. jur.* Quia hoc intelligendum eſt, de conſilio neceſſario, non voluntario, quale præſtat Ict. ut ait ibi Decius. Nec mirum eſt, judicē quamvis jureconſultum præſtantiſsimum poſſe decipi, quia advocati aliquando mendaciis aut proprio motu vel ad ſuggeſtionem ſui clientis nituntur falſa documenta producunt, falſa allegant teſtes corrumpunt quibus falſa & efficta crimina, in diverſis diverſoriis injurioſe palam prolata, & per tabificas fauces aliiſque in publicis locis ubique doloſe diſſeminarint, circumveſtire queant, quorum reſpectu inſuper ſolertes & patroni fideliſsimi plateas calūniando calcantes, exiſtimari cupiant, præterea optimo jure deciſa ſubvertunt, malè explicant Doctorum opiniones deſecantes quid ipſis arrideat ex iiſdem fallaciter extrahunt, contraria, quaſi intellecta ſive ipſis obſcura, dimittunt; hac ſpe freti, ne illorum calliditates in lucem erumpant, magna volumina ſcribunt, unde optimum judicem adeo obruunt, iiſdem defatigant ut quid aliquando juri cōſentaneum eſſe videbitur, etiam magno labore inveſtigari nequeat. Cæterum melius inſtructus, ſive oppreſſæ partis Jure poſtea intellecto, licite à propoſito ſuo, deſcendere & ſuum judicium hujuſmodi narratis inhoneſtis ipſi ereptum revocare, imo ex officio læſam partem defendendam ſuſcipere poteſt, ad jur. notiſs. Et ut fuſius oſtendatur, quam turpiſſime errent, atque peccent, qui revocanti errorē ſuum vitio vertant, ſcire oportet ſecundum Ariſtotelem, triplicem eſſe hominis vitam unam voluptuariam, alteram civilem, tertiam contemplativā,

quam Divus Paulus eodem ternario diſtinguens carnalem, animalem & Spiritualem vocat, quod in effectu in idem recidit, itaque voluptuarius, meliori non intellecto, donec naturæ expletionem quærat, & in eo delectetur ſummum bonum in ea conſtituit, ut fecit Epicureus. Et ſimiliter inſequentibus gradibus obſervatur, ut non facile quis à concepta ſemel opinione deſiſtat, niſi ſingulari Dei gratia illuſtratus, à viliori ſive ab erroris via retractus, in meliorem & ſaniorem opinionem inducatur. Itaque ſi turpe diceretur, ne carnalis à voluptate, civilis à prava opinione ad ſolem mentis, & juſtitiæ reduci poſſit ſequeretur abſurdiſſimum, & totius Reipublicæ confuſio, nullis diſciplinis in urbe dari locum, neminem à deteriori in melius inclinari poſſe, ſed in concepta ſemel reproba opinione quamvis maximè deteſtanda perdurare oportere, præſertim cum mala & prava educatio malos mores ſemel acceptos, non facilè evelli ſinat; *orig. con. Cel. lib. 3 fol. 35.* Præterea divinæ juſtitiæ, ſapientiæ, & ſcientiæ theſauri, profanis mentibus abſconditi, à nemine cognoſcerentur, niſi homo, prava opinione diſcuſſa & relicta, altius ſapere inciperet, & Dei omnipotentis adjutorio evectus, per portas æreas, quibus clauſi ſunt ingredi conaretur. *Orig. lib 4. Periar. 155.* Epictetus Philoſophus eos, qui falſis diſciplinis venenum imbiberint, illud evomere antequam ad veram Philoſophiam accedere poſsũt, docet. Illud venenum ex parte Camſterana in actis ſparſim diſſeminatum, & apud quoſdam deceptos locum ſibi vendicans nũc ſecundum ſuperiora aurea dogmata reſpuitur, & ſic priorem omnium Doctorum opiniones oppugnantem.

tem ſententiam reformando evomitur, quo illud in hoc reviſionis puncto ſalubrius, & honorificentius in maſculorum prælationem dictam & ſecundum ſex præſtantiſſima mea Axiomata lucè clariùs probatum, & ſic dignius omnibus videbitur præferatur, quod diverſis teſtatoribus in infinitum fieri oportere placuerit.

Ea enim, quæ communiter toti familiæ in æternum proſunt, donec maſculi ſuperſint, ſuper unius vocabuli duplicem ſenſum habentis, explicatione illa erint amplectenda, quæ ſacrarum legum fundamentis nituntur, quam quæ ſuper fœminis ficta, ementita, & ſic argumentorum tendiculis, objectionum pedicis, & contis replicarum conquiſita exiſtunt, ne illa in hac reformata republica propter obſervationem juſtitiæ tuendam fæliciſſime duratura præſtantiſſimorum nobilium defunctorum Laucumanorum aliorumque bonorum virorum teſtamẽta diutius conturbẽt ac diſſolvere conſpiciãtur, quo fraudulentis & perverſis conatibus, Deo optimo maximo ultore ſive jubente, ac demandante & corda conſiliariorum regente, & præmonente obvietur, reſiſtatur, & occurratur, & ſic tãdem rigori juris, æquitati civili, & naturali, ac omnium Chriſtianarum gentium conſuetudini paſſim in orbe terrarũ ſuper maſculis uſitatiſſimè receptæ, ac ipſius divinæ majeſtatis benedictione, & ab ipſis hominibus comprobatę auſcultetur, nempe per nunc melius inſtructam ſummam curiam judicetur, prout virtute dictorum ſex axiomatum fieri oportere deceat, hoc ſi fiat æternãm gloriam ſive famam inextinguibilem

in terra

Digitized by Google

in terra, poſt fata, in cælis omnem animæ fælicitatē præmerebuntur Domini Aſſeſſores, cujus thezauri inæſtimabilis acquirendi gratia, ego infra ſcriptus iiſdem puriſſima ipſius injuſtitiæ titillationibus purificata corda, ſenſus, & divinos affectus, per Chriſtum Ieſum omnium noſtrum ductorem & reductorem precor, & animo ſingulis, & cuilibet ad Neſtoreos annos vitam diuturnam omnemque fœlicitatem in terris, exopto, meque iiſdem omnemq; meam curam ſtudium, operam, ſollicitudinem officiosè offero.

H. ab INTHIEMA.

Conſilii primi Axiomatum finis, ſequitur nunc reſponſum juris aliquod, in priori allegatum, ex quo patet, quanto amore ex paternis bonis licet ab inteſtato ad omnes liberos devolutis vidua Domicella Hiſſa à Botnia æque filium, præter officium honoraverit præ filiabus.

In nomi-

In Nomine Domini Amen.

NVPER in auditorio infraſcriptorum juriſconſultorum, talis quæſtio propoſita fuit. Extitit quondam in vivis, Hiſſa ab Botnia nobilis matrona vidua nobiliſsimi ac magnanimi viri Serapii à Galama, ex quo, conſtante matrimonio, multos liberos procreavit, quo ab inteſtato mortuo, mater Hiſſa liberorũ nomine, ſuitatis virtute hæreditati ejus, ſe immiſcuit, & per multos annos, tanquam tutrix legitima, liberos, & bona eorum rexit, atque adminiſtravit, *deinde ingruente ſenectute*, morti facta vicinior, teſtamentum fecit in hunc modum: Nimirum quod ex mariti ſubſtantia, duobus ex liberis grãdia prælegata faceret, tali adjecta pæna, ut in paternis, legata præſtare recuſantes, ab omnibus ſuis bonis exhæredaret. Illud ipſum teſtamentum, legitimo teſtium numero confirmatum, teſtatrix Hiſſa inter liberos morte depræhenditur approbaſſe, ſed prælegatis præſtandis, contradicentes liberi exhæredati, allegant, teſtatricem matrẽ, patre ab inteſtato mortuo de ejus bonis, utpote ipſis, per matris imitationem acquiſitis, diſponere non potuiſſe & propterea prælegata illa tam grandia, non deberi, maximè quod contra bonos mores eſſent, & matrem inæqualitatem inter liberos quærere, non deceret. Quorum aſſertioni contradicentes legatarii, affirmant juris eſſe, rem alienam legari poſſe, & ex qua perſona, quis lucrum ſentiret, ejus factum approbare teneri. Quamobrem ſi obloquentes liberi, ſuæ matri hæredes eſſe velint, ad prælegatorum præſtationem

nem utpote ejus facti approbationem conſtringi Ex ſupradictis una hæc reſultat quæſtio, videlicet, num teſtatrix mortuo marito, & bonis ejus, omnibus liberis æqualiter acquiſitis, ex iiſdem duobus liberis tam grandia prælegata facere, & recuſantes exhæredare poſſet. Verum ſingulis iuſpectis, diſcuſsis & judicio rationis perpenſis, ſalvo meliori judicio, reſpondetur, matrem, mortuo marito, ex ejus ſubſtãtia talia legata, duobus liberis, in aliorum præjudicium, clare & propter negationem, exhæredare minimè potuiſſe. Quod ipſum, ut demonſtretur eſſe verum, ſciendum eſt in propoſito, omnes liberos ſive maſculos, ſive fæminas, ſuos hæredes, ſuis parẽtibus extitiſſe [a].

Sui enim hæredes, ideo domeſtici appellantur, quod vivo quoque patre, rerum hæreditariarum quodammodo Domini exiſtimentur, ſive velint, nolint, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento lege 12, tabularum hæredes fiant quia [b] neceſſarii exiſtant.

Adeo, ut patre mortuo, non dominium, ſed ſola poſſeſsio paternorum, ad filium devolvatur.

Huic hæreditati paternæ, liberis, non tam morte patris, quam jure acquiſitæ, mater ſe, nomine liberorum, immiſcuit.

Propter quam immixtionem, omnes liberos, æqualiter, paternorum dominos, ſecundum juris diſpoſitionẽ, approbaſſe, cõſtituiſſe, habere, & præterea ex iis, jure legãdi, ſiquid habuiſſet, ſe privaſſe cẽſetur

a) Vid. text in § ſui autẽ inſtit. de hæred. qual. & diff.

b) §. neceſſarij inſtit. dict tit.

c) Text. in l in ſuis de lib & poſth. & § inteſtatorum inſtit. de hæred. quæ ab inter defer.

Maximè quod ſuitatis prærogativam, in liberis, quo ad paterna, approbaverit.

Vnde lege prohibente, & per ſe approbata, non valent prælegata, poſtea per matrem, ex paternis facta, multo minus exhæredatio.

Hæc, cum ſecundũ jura, ita ſe habeant; veriſſimum apparet, propter prælegatorum denegationẽ, matris exhæredationem in ſuo teſtamento nullius exiſtere momenti.

Quoniam non licet parentibus, ſive matri, ſive fæminæ, liberos, ſive aliquem ex iis, exhæredare vel præterire, niſi probentur ingrati, & ingratitudinis cauſam nominatim, in teſtamento inſerant [a] quæ quatuordecim numero habentur.

Nunc certiſſimum eſt, prælegatorum negationẽ, inter cauſas ingratitudinis nullo modo reperiri. Igitur matris exhæredationem, propter defectũ cauſæ minimè valere, quod ceſſante cauſæ, juris ſit apertiſſimi, omnem effectum ceſſare[b] oportere.

Porrò, non poſſunt ex paternis prælegata denegantes, inter ingratos reputari, quòd faciant, quæ lex jubeat, & teſtatrix mater liberorum nomine ſe immiſcendo paternis, omnibus ęqualiter acquiſivit.

In prædictorum confirmationem accedit, quod exhæredationis cauſa, turpis, inhoneſta, & contra bonos mores exiſtat, & contra eos, inſertæ [c] nullius

a Text. in auth. non licet C. de lib. præt. & in auth. ut cum de appell. cognoſ. §. cauſas autem.

b Text. in l. cũ ceſſante. de appel. l. generaliter C. de ſacro ſanct. Eccleſ. text. in l. 1. in fin. de dona. & in l. adi[m]ere. § quamvis ff de [iure] patrõ.

[c] Text. in l. co[n]ditiones l. con[diti]ones que contra C. l. quidam in ſuo de cõd. inſtit.

lius momenti habeantur conditiones.

Simili modo turpes non attenduntur, ſed ſecundum jura reſpuuntur.

Ad oſtendendam exhæredationis cauſam, quod turpitudinem, & inhoneſtatem contineat imo, contra bonos mores exiſtat, ratio poſtulat, ut æqui, & boni inſtinctus hic paucis diſcutiatur.

Bonum itaque & æquum ex puræ conſcientiæ, ſtimulis naſcitur, & medullam germanamque juſtitiam quaſi ex divini numinis afflatu, profluentem ſignificat.

Vnde ad hujus boni, & æqui notitiam, relata matris exhæredantis cauſa, inhumanum oſtendit, exhæredatos fore liberos, niſi approbent, quod in favorem duorum ex paternis injuſtè prælegaſſet.

Quod matris, aliorum inſtinctu, factum, ad ſynceræ mentis judicium, derectum, illam contra naturalis, & materni amoris inclinationem facere demonſtrat.

Præterea rixas, & inimicitias inter liberos ſuſcitat, dum æqualitate ſublata, uni multo plus, alteri minus ex paterna ſubſtantia aſſignet, in propriam ſobolem, tanquam ſua viſcera, explicans odii ſigna.

Sic, ut jus ſcriptum, in ſingularibus factis diſponens, his contrarium nihil operari poſsit, naturali æquitate prohibente.

Digitized by Google

Bonum itaque in propoſito ipſius juris temperamentum & emendatio eſſe debet, quæ ex prudētia judicis, ſe rationi cauſæ accommodantis, & legem ad cauſam, non cauſam ad legem flectentis dependet.

Illud igitur bonum, & æquum juris rigorem mitigans merito nominari debet, quod Cicero ad Brutum ſine copula nominat.

Cujus boni, & æqui ſuggeſtu, & quod paterna ſubſtantia, contra civitatis virtutem, liberis per matrem diminui nequeat, utpóte, quæ ſe liberorum nomine rebus paternis immiſcendo prælegationis facultati renunciaverat, reſpondere, compellimur, In propoſito, exhæredationes cauſam, turpem, inhoneſtam, & contra bonos mores exiſtere.

Ob hoc videlicet maximè, cum id, quod jus ſuitatis filiis, quantumvis invitis, applicet, & maternorum, nomine ſe paternis immiſcens, approbavit, poſtea prælegādo, diminuere nō poſſet, quia quod ſemel ei placuit, poſtea diſplicere non potuit.

Et adeundo ab inteſtato, tanquam liberorum, tutrix, ſive curatrix, hæreditatem paternam, ita contraxiſſe cum eis leges ſtatuunt, ne aliter, in paternis verſetur quam fuerint acquiſita, & apprehenſa.

Quorum conſideratione, naturalis æquitatis inſtinctu liberi, propter legatorum denegationem, ex paternis exhæredari non potuerunt.

Præſertim

Præſertim quod repugnantibus ſupra dictis prę-legatahoneſte ſolvere non poſsint, neque mater honeſte legare.

Cum eorum præſtatio honeſte fieri nequeat, & quæ honeſte non poſſumus, poſſe non cenſeamur.

Quinimo lex noſtrum fieri,ex commoditate metitur,qua honeſtas, & boni mores reſultant,& poſſe noſtrum limitatur.

Inhoneſtum porro, quod contra bonos mores eſt, habetur, & quæ pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram lædunt, & generaliter quæ cōtra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.

His ad matris factum niſi ſolverent liberi, ex paternis legata, relatis non mera ejus, aliorum ſuaſu exorta impietas, reſultat, non in æqualitatem inducit? non odium? rixas? & invidiam inter liberos, reſpectu paternorum ſuſcitat?

Maximè, quoniam, cum natura æqualitatem inter maſculos & fæminas conſtituit, & lex ſcripta illud ipſum approbavit.

Profecto teſtatrix mater, tam grandem inæqualitatem introducens, ipſam naturam læſiſſe, & rei illicitę operam dediſſe, & propterea in dolo exiſtere deprehenditur.

Digitized by Google

Siquidem in teſtamentis illicita, præcipuè in alicujus prejudicium ſive potius detrimentum teſtari non permittitur.

Vnde teſtatrix, ſive in propoſito ſciens patris hereditatem (eo mortuo) ad omnes liberos equaliter devolutam & aditionem propter ſuitatem, non fuiſſe neceſſariam, quod ſtatim, ipſo jure heredes exiſterent.

Tamen, in majorem predictorum confirmationem tanquam tutrix liberorum legitima eandem hereditatem adivit, & multis annis, ea qualitate familiam rexit, & bona gubernavit, quaſi ex contractu approbans, paternam ſubſtantiam, omnibus liberis, ſecundum juris diſpoſitionem equaliter communem fore prælegandi ex ea facultate ipſi omnino adempta.

Quamobrem diu poſtea, non potuit, in liberorũ præjudicium [a] conſilium ſuum mutare & tam grandia prælegata facere.

[a] *Text. in l nemo poteſt de reg. jur. l. 1. de negot. geſt. & l. 1. de acquir. poſſeſſ.*

Propter quod, rem illicitam agens, non potuit de ea, teſtari, & contra prius placitum, ex alienis quid legare.

Quoniam, paterna, liberorum nomine, utpote eorum tutrix adeundo, multis annis poſſidendo, & familiam, ea qualitate regendo, non potuit illud jus, non minus ejus facto, & conſenſu approbatum, quam expreſſa legis diſpoſitione [b] communiter

b) *d. ſæpius l. in ſuis de ſuis & legit.*

Digitized by Google

ter omnibus hęredibus ęqualiter, etiam & citra a-ditionem, influxum, durante adhuc tutricis ſive curatricis officio, diminuere prælegando.

Eam videlicet ob cauſam maximè, dum matris privatus ex paternis prælegandi actus, jus ſucceſsionis mutare non poſſet,[b] quod prius ut tutrix adeundo, & regendo, communium liberorũ nomine paternam hæreditatem, conſenſu, & facto approbaſſet.

Eſt præterea ſuorum hæredum jus, multo firmius quã extraneorum, cum ſui, hæreditatẽ[c] non aditam, tranſmittant, extranei[d] minimè.

Porro, ſuitatis virture, quod vivo patre, etiam domini paternorum hauocãtur[e] pro hærede titulo prę-ſcribere negantur[f].

Itaque ſuitatis virtute paterna bona, liberis non tam, ut hæredibus, quam dominis inhærentia, per matris legatum citra ipſorum factum, ad alios trãſ-ferri non potuerunt[g].

In ſuperiorum majorem confirmationem, his cõ-ſideratis, & perpenſis, quod ſecundum jura mater ſuorum liberorum tutrix eſſe poſsit[h].

Quo inducta, ſuorum liberorum, mortuo marito, tutelam arripuit, rexit, & multos annos, eorum bona adminiſtravit, ut ſupra dictum eſt.

Propter cujus tutelæ adminiſtrationem, & rerũ hæreditari-

b) Text. in. l. ult. de ſuis & legit. l. pactũ C. de pact l. ex eo C. de inutil, ſtipul. l. quando C. de inoff teſtã, & l. pactum ff. de collat.
c) Bart. in L. venire nu. 3. de omit. vel acquir. har. text. in l. apud hoſtes C. de ſui. & legit. & Bald. in l. unic. §. in noviſsimo nu. 2. C. d caduc. toll.
d) Text. in l. titio uſus, ructus de condit. & demõſ & l. 1. § uſq; adeo ff. quib. mod. uſus f. am text. in l. iste à quo §. ſi teſtamento ad Sen. Treb. & nil. nõ poteſt via eri de reg jur.
e) l. 2. §. fin. ff. de uſucap. pro hæred.
f) Text. in l. 2. C. de uſuca. pro hæred.
g) Text. in l. id quod noſtrum ae reg. jur. l. cũ mandat; C. aand. & l. fin. ff. de pact.
h) Bart. ad l. videamus nu 1. de in lit. jur. auth. avia C. quãd matri & mult. tit. off. fun. pt.

hæreditariarum immixtionem, non ſolum æqualiter, ad omnes ſuos liberos pertinere, ſed etiam illas, ab omni præſtandorum legatorum onere exemptas eſſe voluit, præſcriptione legitima, bona fide adimplens, & acquirens, ſi quid alieni in ijs fuiſſet.

Quinimo, tutelæ officio, quo fungebatur, cum omnibus creditoribus hæreditarijs, leges eam contraxiſſe [a] ſtatuunt, atque fingunt.

Quamobrem, bona paterna, ea qualitate qua mortuo patre, ad filios deſcenderunt, & illa, tot annis tãquam tutrix adminiſtravit, durabunt, & ideo, eadẽ mater, nullo modo potuit, durante, & prohibente tutelæ officio, ex talibus quicquam aliquibus prælegare.

a) Text. in l. 3. §. ult. in fin ff. quib. ex cauſ. in poß. eat. l. quæ legata de reg. jur. l. ex maleficijs §. hæredes de act. & obli. §. hæres inſtit. de obli. quæ quaſ. ex cont. naſc.

Nam in hoc tutelæ officio fungebatur, liberos & familiam rexit, ut eorum res augeret, non deteriores faceret, quo omnium tutorum, & curatorum cura tendit [b].

Quæ res efficit, ut ſi mater, tutorem in liberorũ bona graſſantem, ſuſpectum non faciat, & removeri non curet, ejus ſucceſsione privetur.

Quorum jurium cõſideratione in propoſito matris factum tanquam horrendum à ſcriptis legibus damnatur.

b) l. 1. & tot tit. ff. de tutel l. 2. cum ſequẽ de tut. & rat diſtr. l. his qui cum multis alijs ff. de tutor. & curat dat. ab his l. id. C. de teſt tut. de confir. tute. de legit. tut. & mult alij locus.

Quod durante tutelæ, ſive curatelæ officio, liberos ſuos prælegatorum onere paternis prius exui voluerit

voluerit, quam in ſua bona, propter exhæredatio-nis pænam, teſtamento adjectam, ſuccedere poſsēt

Sedebat enim, in hoc tutrix, ut tam officii quam maternæ pietatis inſtinctu, proles ad virtutem aſſuefaceret, moribus informaret, & paterna eorum bona, omni cura, & diligentia, qua potuit, augeret, nō deteriora faceret. *ad jur. ſup. alleg.*

Vnde illa conditio, teſtamento adjecta, niſi per me legata, ex paternis præſtiteritis, à mea ſubſtantia exhæredes eritis, tamquam impia, de jure impoſsibilis, & contra bonos mores rejici debet.

Quoniam, tutelæ vis, paternorum, per matrem immixtio, ejus gubernatio, & pietas, & juris ſuitatis, liberis ab inteſtato inhærentia, illud fieri oportere demonſtrant: non valent igitur, matris prælegata & per conſequens exhæredatio.

Quæ per certas cauſas ingratitudinis, eaſdemq; nominatim, in teſtamento inſertas, & probatas fieri permittitur.

Liberi enim ex paternis recuſantes legata, propter ſuperius dicta, juſtiſsimè faciunt, & poſt mortē matris, illud antea ignotum, contingit, ſicut ingrati minimè haberi poſsint, ſed juris ſui perſecutores, quæ injuriam non important.

Quinimò, in cauſam, ex paternis, non præſtitorum legatorum, per matrem facta exhæredatio, tantum abeſt, ut valeat, ut non ſolum jus impugnare,

ſed etiam contra naturalem æquitatem inſurgere deprehendatur.

Quoniam jus impugnat, dum ſuitatis virtute per legem 12. tabularum, dominium paternorum, liberis, ſuis hæredibus, etiam vivis parentibus impreſſum, propter legata, auferre nitatur.

Idque contra proprium factum, & approbationẽ dum marito mortuo, ejus hæreditatem, communiter in liberos defluentem, tanquam legitima tutrix eorum nomine agnoverit, rexerit, & per undecim annos præſcripſerit, nullis legatis, in poſterum diminuendam.

Itaque contra naturalem æquitatem inſurgit dũ prædictam paternam hæreditatem omnibus liberis, æqualiter, & communiter acquiſitam, in duos trãſferre conetur, non attẽto illo quod omnes ſuas proles, ex uno, eodemque marito, pepererit, nullũ propterea, majorem favorem in hanc, quam in illam deflectendo.

Ne minima bonorum aſſignatio, quibuſdam ex liberis facta, cæterorum animos, exaſperet, odio, & invidia accendat, & per exortas rixas in pugnam adducat.

Vnde mota lex quod huic materiæ conſonat, ait in omnibus quidem, maximè, in jure, a) æquitas ſpectanda eſt.

a) Iuxt. text in l. in omnibus quidem. ff. de reg. iur. l. placuit. c. de judic. l. quod ſi Ephe[illegible]. §. in ſumma de eo [illegible] cert. loco l. & præpoſteri C. de teſt. l. capie[illegible]da occaſio eſt de re[illegible] iur. l. ſi pr[illegible]ſes de pan l. inter pares de re jud. l. diem § ſi plures de arbit. l. Domnus teſtamẽto decoɾd. in deb l. ſ[illegible]mper in du[illegible], & l. & ſi [illegible]l de reg. iur.

Suadet

Suadet itaque æquitas, in præſenti caſu, paternam hæreditatem, non minus, quam maternã nullis prælegatis attentis, & exhæredatione matris poſt poſita, cõmuniter inter liberos pro æqualibus portionibus dividendam fore.

Præſertim, cum mater, ex propriis, non mariti bonis, liberorum viſceribus inhærentibus, & adminiſtratione tutelæ maternæ confirmatis, quædam pręlegare, non paternam ſubſtantiam totam quodammodo invertere debuiſſet.

Non obſtante eo, quod fundos, ex paternis à matre prælegatos, inter cohæredes ſucceſsio ita, pro indiviſo communes faciat, ut ſinguli illorum, ſe Dominos [a] dicere poſſent.

Profectò illud, & ſingulorum cohæredum Dominij, in ſolidum repræſentationem, ex rebus pro indiviſo communibus reſultantem, juris eſſe ſequitur, legandorum pręſtandorum onus injunctum, facti habendum fore. Quia omnia legata ſunt facti.

a) Text. in l. ꝛ. Ꝺe dicimus verſ. nec falſo & §. quintus mutius l. pupillus §. fin & l. nomen & portionis de verb. & rer. ſignif.

Et ideò, ſi hoc facti, illud juris exiſtat (ut modo oſtenſum eſt.

Dubitandum minimè venit, quin pręlegatum, quia facti eſſet, pro indiviſo communionem, utpote juris exiſtentem, lędere[b] non poſſet.

b) l. 1. §. ſi vir uxori de acc. ult. omitt poſß. & l. in bello §. facti de capt. & poſt, reverſ.

Vnde nec hujus reſpectu, & paternis, legatum valere poteſt.

Hanc porro ob cauſam pręcipuè quod mater ea,

 quę

quę vivens, cogente tutelę officio, in paternis, omnium cohæredum nomine, rectè, & pro ut decuit, ſe geſsit, poſt mortē legando, improbare non potuit dum nullus maximè in illicitis ſuum conſilium, in alterius injuriam mutare poſsit, neque legato præſtando, prægravatis, tam iniquam conditionem jure repugnante, inferre.

His ſatis ſuperque, in controverſiam poſita probata eſſe putamus, igitur ad contrariorum diſſolutionem deſcendamus. Ergo quod ſupra docuimus, matrem, ex paternis, quibuſdam liberis prælegare non potuiſſe, occurritur nobis adverſus illud, non ſolum teſtatoris, vel hęredis rem, ſed etiam alienam legari poſſe, ut hęres eam redimat, vel ęſtimationem ejus pręſtet, unde matris prędegatum in duos valere debet.

Sed in hujus objectionis diſſolutionem reſpondetur omne quod eſt, in eo, quod ipſum ſit, partim dici cum reliquis convenire, partim differre, in quo conveniat genus, quo diſcrepet differentiam nominari. Et ideo, uniuſcujuſque rei definitionem, ex genere, & differentia, proficiſci oportere.

Conferamus nunc matris pręlegatum, cum rei, legato alienę, & utriuſque ſubſtantiam, convenientiam, & diſcrepantiam, diſcutiamus, nonne objectionem de re aliena toto cœlo differre inveniemus.

Pręſertim, quoniam matris pręlegatum, aliquot millium precium continet.

Quos

Quos pater moriens, ad neminem duorum, ſed ęqualiter ad omnes ſuos liberos ſucceſſores pertinere voluit.

Illud ipſum, communium liberorum mater, ipſo loquente facto approbavit, dum ſtatim, marito mortuo, omnium tutelam ſive curam arriperet, bona & familiam donec viveret gubernando.

Propter quod officij, ſive tutelæ neceſſitate, bonis aſtricta, non potuit quicquam ex iis prælegare, pro ut ſuperius eſt diſputatum.

Ob has & majorum qualitatum differentias efficitur, ne de re aliena, nobis objectio obſtare poſſet unius cujuſque rei diſcrepantiis, ex collatione reſultantibus.

Poſtquam in propoſito, una qualitas, addita vel detracta rei, totum jus mutet [a] & repugnātibus differentijs, legatum rei alienæ, noſtrum propoſitum nullo modo infringat.

Porrò, in objecto, res ſingularis verſatur, & de una re legata, non de pluribus [b] ſimul in jure diſputatur. [c]

Sed liberorum mater, à regula exorbitans, magnam hæreditatis partem, ſub fuco legati, ex paternis trahit.

Quod propter indecoris vitium, ab honeſtatis regulis exurgens, ſecundum ſuperius oſtenſa reprobatur.

a) *l. hoc legatum de leg 3. l. ſciens de contra emt. Bart. ad l. de nautiaſſe §. quid tamen nu 5. ad. l. Iul de Adult l. 1 §. ſi quis & l. idem juris eſt in princ. verſ ſed hæc differentia de verb obligat.*

b) *Vid. Bald in ſu. pr. ſat ſuper inſtit. de leg.*

c) *V. d. inſtit. de ſing. r. b. per ſidei rebus*

Illo ſaltem hic, in conſiderationem habito, quod prælegatum ex mariti bonis, in propoſito de re aliena dici nequeat ſucceſsione eorum legitima matribus ex Senatus Conſulto Tertul. reſervata [a]. Si matres filiis, ut legitimæ ſuccedant pro ut jam demonſtratum eſt.

Omnino falſum depræhenditur, ex mariti bonis, prælegatum tanquam ex re aliena, ſubſiſtere, cum illa non minus matribus, ex perſona liberorum, quã liberis ex perſona parentum debeantur.

Facit, & illud, de rei alienæ legato, argumentum in efficax, in propoſito, quod paterna, ex quibus legatum indecore profluxit, omnibus hæredibus, pro partibus indiviſis communia exiſtant, & Domini habeantur [b] omnes.

Adeò, ut quod pro indiviſo nobis, cum aliis cõmune exiſtat, id totum noſtrum [c] dici poſſet.

Nec tamen legari [d] quod jure Dominii, ex fundis legatis ad legatarios pertineret.

Hæc cum ita ſe, circa fundos legatos, tanquam rem alienam, habeant, propter tantas rerum differentias, conſulentium liberorum intentionem tuentes, vero verius oſtenditur, objectorum diſsimilitudinem jus mutare, & ſuperius, contra legatricem matrem concluſa, infringere non poſſe.

Quamobrem exhæredationis poena, niſi pareatur legato in teſtamento adjecta, quod illicitum, & probroſum,

a) §. ſed nos per tit. inſtit. ad S. C. tertul. l. ult. C. eod. & vid. latus auth. de hared. ab inteſt.

b) Vid. text. in l. rectè dicimus §. quintus mutius de verb. & rer. ſignif.

c) Text. in l. rectè dicimus de verb. & rer. ſignif.

d) Text. in l. proprias C de legat. & §. ſed ſi text. in Inſtit. eod.

probroſum, cõtineat reſpuendum, & tanquam nullius momenti rejiciendum.

Cui accedit, quod matris prælegationes, ea qualitate, qua tutrix eſſet facta, & propter negationem ſecuta exhæredatio, cum moribus, jure civili, vel prætorio reprobata contineant, certe nullo modo confirmari poſſunt, & ideo, non obſtant ſuperius in contrarium objecta.

Objicitur nobis inſuper, ex qua perſona quis lucrum capiat, ejus factum approbare deberi liberi.

In propoſito, matris hæreditatem, adieruut, & poſſident inter ſeſe dividentes, ergo ejus factum, id eſt prælegatum, approbare coguntur.

Sed reſpondetur, id verum eſſe in cauſis licitis, cõpaſsibilibus, & eodem jure terminatis.

Veluti in facto, cujuſdam matris, quæ filii domũ vendiderat, & tradiderat, quod filius, ſi matri ſuccedere vellet, approbare tenebatur.

Et illud erat ſingulare factum, licitum, & nihil illiciti, turpitudinis, contra bonos mores, & indecori admixtum habens.

Quale in propoſito maternnm factum, exhæredationis contagio deformatum, habere cernitur.

Et ideo, non valet, in contrarium objiciendis minime attendendis.

Quinimo, nec hinc conſulentium jus diminui poſſet, quod communi matre mortua, ſecundum teſtamenti tenorem, hæreditatem diviſiſſent.

Siquidem, hoc nunquam, per legitime intercedentia tam ſubſcriptionibus quam liberorum ſigillationibus confirmata inſtrumenta diviſionum, factum conſtabit.

Maximè, quod arbiter, ſicut decet, in familiæ erciſcundæ judicio adhibitus, communem hæreditatem inter omnes diviſiſſet, condemnationibus, & abſolutionibus, in omnium perſonis, legitime factis, quod in propoſito deſideratur.

Moris eſt, in judicio fam. ercis. *niſi ſemel agi jure* comprobatur.

Cæterum abſente arbitro, inter cohæredes diviſio, ſaltem proviſionalis, ut haberent quo ſeſe ſuſtentarent, facta intelligi debet, & ſic quæ indiviſa relicta exiſtunt, utpote hæc materna grandia ex paternis legata, recte dividi imploratur.

Per familiæ enim erciſcundæ actionem, rectè dividitur, hæreditas, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, ſive lege 12. tabularum, aut alio jure deferatur.

Vnde prædictorum conſideratione, non valet de maternorum diviſione, objectio.

Præſertim, cum diviſionis tempore, liberi, quodammodo ferè omnes aut pupilli, aut ſaltem mino-

res,

res, & ſub communis matris tutela, donec viveret, exiſterent ſub renunciatione muliebri ſexui competentium beneficiorum, injuſte grandia illa ex paternis facta legata, minimè approbaverint.

Quamobrem, paterna bona, jure ſuitatis, ad communes liberos devoluta, & eadem qualitate per matrem tutelæ, ſive curatelæ nomine, tam multis annis, ad extremum vitæ ſpiritum, adminiſtrata, prælegatorum oneribus, per eandem, ſuo teſtamento, ſubjici non potuerunt.

Dum tale onus, paternis imponendum, tutelæ ſive curatelæ virtus, in matre impediret.

Quæ mater, res liberorum adminiſtrans, tempore mortis accedente, ad hoc ſedebat, ut res liberorū meliores, non deteriores, redderet.

Quoniam, jure civili, mater, liberorum ſuorum impuberum, non minus quam vir, tutrix eſſe poteſt.

Sed non habentibus tutorem impuberibus, ſi intra annum, non petierit, ab eorum ſucceſsione repellitur, uti ſuperius eſt probatum, ac dictum.

Quorum jurium, tam anxia obſervatio, urget matrem in propoſito, ne dum tempore conditi teſtamenti, ut tutrix legitima, bona liberorum adminiſtraret, & ab incommodis defenderet, ex iiſdem duobus liberis, ulla tam grandia prælegata faceret.

Digitized by Google

Quod contra naturam foret, dum unus idemque actus, eodem modo, circa idem, ſibi invicem contrarios effectus produceret, videlicet res pupillares, ſive minorum, tutelæ officio defendi, & eodem durante, per teſtamentum matris, ejuſdemque tutricis legatis prægravari, & ideo non valet.

Etiam hac ratione, ſuperiùs dicta, adjuvãte, quod mater mortuo marito, tanquam tutrix impuberum liberorum nomine paternam hæreditatem adeundo liberam, & nullis legatorum præſtandorum oneribus ſubjectam acquiſiverit, poſſederit, eademque qualitate, ad extremum vitæ ſpiritum, rexerit.

Sic ut non ſolum, aditionis ſive paternorum immixtionis virtute, ſed potius matris contractu ex tutelæ adminiſtratione reſultante, prælegata ceſſare debeant.

Quoniam bona, adita hæreditate, fiunt hæredis[a] & tranſeunt, in patrimonium adeuntis[b].

Et cum (prout ſupra, fuſius oſtenſum eſt) in ſuis quoque hæredibus, quales habentur in propoſito, dominij continuatio[c] fiat.

Et non tam hæreditatem percipere, quam liberam bonorum adminiſtrationem conſequi viderentur.

Profecto, omni juſtitiæ, æquitati, & pietati, & bonis moribus adverſatur, matrem, magni precii paternos fundos quoſdam, quos tutelæ functione, ma-

a) l. ſtichum § actio ff. ſolut. matr.
b) l. ſed & ſi plures §. lio ff. de val. ar. & pupil ſubſtit.
c) l. in ſ. i. ff. de lib. & poſt.

rito mortuo, tanto tempore, omnibus liberis integros conſervavit, ſuo teſtamento, legatis auferre, & duobus ſaltem applicare, à ſua ſubſtantia exhæredandis illis, qui beneficiis legatorum auderent contradicere quemadmodum latiùs ex teſtamento ejus videre datur.

Quæ matris, à ſua ſubſtantia, propter legatorum abnegationem, excluſio, cum turpitudinem contineat.

Affirmat jureconſultus, non eſſe ferendos parẽtes, qui injurias adverſus liberos [a], teſtamento ſuo inducant, vel qui illis, neglecto, pietatis officio, i raſcantur [b].

Mater itaque, niſi præſtent legata, ab illa, ex paternis, jure humano, imo divino liberis competentibus, facta, exhæredans liberos, impiè & contra bonos mores ab aliis inimicitias quærentibus, ſeducta, turpitudinem committit.

Vnde cum legatariis, pro legatorum conſecutione tres actiones naſcantur, hypothecaria videlicet rei vindicatio, & ex teſtamento actio, & ad ita hæreditate dominium [c] in eos redundet.

Certè legatariis, in propoſito, propter turpitudem quam matris ab aliis peſtiferis ac odii amantibus perſonis ipſi inſtincta exhæredatio, continet, nulla obligatione firmandis, [d] actio oriri non poteſt.

Et ideo, turpitudinem, ex turpi cauſa proceden-

a) l. non eſt enim de inoff teſt. im.

b) l. hoc calore & tot. tit. ff. de eod. tit.

c) l. ſi à titio. ff de furt. & l. ſi tibi homo §. cum ſervus ff. de l. 1.

d) Bart. ad l. ſi ob turpem nu 8. de cōd. ob turp cauſ. Dd, ad l. juris gen. tium § ob n. al. ſi cui de pact. & l. generaliter de verb. obligat.

 tem

tem receptum eſt, non valere, cautæ quantitatis [a] exactione, obſtante turpitudine locum non [b] dari, quod contra bonos mores invenitur ſtipulatum.

Quam ob cauſam, motus Sabinus, perpetuo probat veterum opinionem exiſtimantium, id, quod ex injuſta cauſa, apud aliquem exiſteret, licite condici poſſe. [c]

Præſens itaque legatum ſive legata, etiam ſi ſpõte ſoluta eſſent (ut minimè) ſuadente turpitudine, propter rationes prædictas, condici poſſent, ad jura ſup. allegata.

Quoniam, cum liberi, per matrem, *niſi* paterna ad alios transferri contra ius non patiantur, exhæredati, pro mortuis habeantur [d] quorum prædicta mater aliorum falſo ſuaſu? eſſet cauſa.

Negari non poteſt, quin ejus factum, turpitudini commixtum, omnem actionem legatariis, ex teſtamento, oriri prohibeat, & per conſequens obligationem.

Sic, ut nulla judicis ope, accedente, confirmari poſsit.

In quorum confirmationem, moti legiſlatores, reſpondent, omnes [e] obligationes, propriis viribus minimè ſubſiſtentes, neque judicis officio, neque prætoris imperio, [g] neque legis poteſtate [h] confirmari poſſe.

a) *l. 1. C. de cond. ob. turp cauſ.*
b) *l. mercalē C. dict. tit.*
c) *Text. in l. perpet. c. ec.*
d) *Bart. in l. pater filium nu. 20. cum ſequent. ff. de inoff. teſta n. Alex. in l. plane §. ſi duobus nu. 3, & 7. ff de leg. 1.*
e) *Text in l. obligationes, de act. & obligat.*
f) *l. qui per colluſionem de actio emt.*
g) *l. 1 ff conſt pecun.*
h) *l. 1. in prin C de rei uxor act & l. quod ab init. 10 ff. de reg. iur.*

Quæ

Quæ omnia præſenti materiæ conſonant, tantūque abſſe demonſtrant, ut negatis legatis, matris exhæredatio valeret, ut etiam à judice ſubſiſtere declarata, ſententia, tanquam contra expreſſum jus lata, nullius momenti fotet. ([a]

Quandoquidem exhæredationis fulmen, ab omni æquitate diſsidens, reſpuitur à legibus, quæ ne in ſuo teſtamento locum habeant, [b] nemo cavere poteſt.

a) L. 1. de sent. ex brevi recitand. & l. prolata C. de ſent. & inter omn. judic.

b) Text. in l. nemo poteſt ff. de legat.

Itaque ad huc, ante concluſionem, paucis repetendus eſt, exhæredandi modus, ut eo melius, detractis ſupeifluis, turpitudo detegatur.

Modus autem ille ſic ſe babet; Non licet parēti, id eſt mari, vel fœminæ, aliquem ex liberis exhæredare, vel præterire, niſi is probetur ingratus & ingratitudinis cauſas, nominatim inſerat teſtamento.

Ingratitudinis vero cauſæ quatuordecim numero, nova conſtitutione, expreſſæ inveniuntur.

Ad quarum, tenorem ſi referatur, quod liberi, ex paternis, per matrem legata, recuſent, nulla congruitatis umbra, ibi extabit, qua matris factū ſtabiliatur, ſed potius omni jure abhorrens rejiciatur.

Propterea, quod ceſſante exhæredationis cauſa nec inter quatuordecim à jure præſcriptas inventa, omnino ceſſare debeat injuſta matris exhæredatio, utpote à jure damnata.

quę vivens, cogente tutelę officio, in paternis,omnium cohæredum nomine, rectè, & pro ut decuit, ſe geſsit, poſt mortē legando,improbare non potuit dum nullus maximè in illicitis ſuum conſilium, in alterius injuriam mutare poſsit, neque legato præſtando, prægravatis, tam iniquam conditionem jure repugnante, inferre.

His ſatis ſuperque, in controverſiam poſita probata eſſe putamus, igitur ad contrariorum diſſolutionem deſcendamus. Ergo quod ſupra docuimus, matrem, ex paternis, quibuſdam liberis pręlegare non potuiſſe, occurritur nobis adverſus illud, non ſolum teſtatoris, vel hęredis rem, ſed etiam alienam legari poſſe, ut hęres eam redimat, vel ęſtimationem ejus pręſtet, unde matris pręlegatum in duos valere debet.

Sed in hujus objectionis diſſolutionem reſpondetur omne quod eſt, in eo, quod ipſum ſit, partim dici cum reliquis convenire, partim differre, in quo conveniat genus, quo diſcrepet differentiam nominari. Et ideo, uniuſcujuſque rei definitionem, ex genere, & differentia, proficiſci oportere.

Conferamus nunc matris pręlegatum, cum rei, legato alienę, & utriuſque ſubſtantiam, convenientiam, & diſcrepantiam, diſcutiamus, nonne objectionem de re aliena toto cœlo differre inveniemus.

Pręſertim, quoniam matris pręlegatum, aliquot millium precium continet.

Quos

Quos pater moriens, ad neminem duorum, ſed ęqualiter ad omnes ſuos liberos ſucceſſores pertinere, voluit.

Illud ipſum, communium liberorum mater, ipſo loquente facto approbavit, dum ſtatim, marito mortuo, omnium tutelam ſive curam arriperet, bona & familiam donec viveret gubernando.

Propter quod officij, ſive tutelæ neceſſitate, bonis aſtricta, non potuit quicquam ex iis prælegare, pro ut ſuperius eſt diſputatum.

Ob has & majorum qualitatum differentias efficitur, ne de re aliena, nobis objectio obſtare poſſet unius cujuſque rei diſcrepantiis, ex collatione reſultantibus.

Poſtquam in propoſito, una qualitas, addita vel detracta rei, totum jus mutet [a] & repugnātibus differentijs, legatum rei alienæ, noſtrum propoſitum nullo modo infringat.

Porrò, in objecto, res ſingularis verſatur, & de una re legata, non de pluribus [b] ſimul in jure diſputatur. [c]

Sed liberorum mater, à regula exorbitans, magnam hæreditatis partem, ſub fuco legati, ex paternis trahit.

Quod propter indecoris vitium, ab honeſtatis regulis exurgens, ſecundum ſuperius oſtenſa reprobatur.

a) l. hoc legatum de leg 3. l. ſciens de contra emt. Bart. ad l. de nautiaſſe §. quid tamen nu 5. ad. l. Iul de Adult l. 1 §. ſiquis & l. idem juris eſt in princ. verſ ſed hæc differentia de verb obligat.

b) Vid. Bald in ſtr. pr. ſat ſuper inſtit. de leg.

c) Vid. inſtit. de ſing. r. b. per fidei rel.

Illo ſaltem hic, in conſiderationem habito, quod prælegatum ex mariti bonis, in propoſito de re aliena dici nequeat ſucceſsione eorum legitima matribus ex Senatus Conſulto Tertul. reſervata. Si matres filiis, ut legitimæ ſuccedant pro ut jam demonſtratum eſt.

a) §. ſed nos per tit. inſtit. ad S. C. tertul. l. ult. C. eod. & vid. latus auth. de hæred. ab inteſt.

Omnino falſum depræhenditur, ex mariti bonis, prælegatum tanquam ex re aliena, ſubſiſtere, cum illa non minus matribus, ex perſona liberorum, quã liberis ex perſona parentum debeantur.

Facit, & illud, de rei alienæ legato, argumentum in efficax, in propoſito, quod paterna, ex quibus legatum indecore profluxit, omnibus hæredibus, pro partibus indiviſis communia exiſtant, & Domini habeantur [b] omnes.

Adeò, ut quod pro indiviſo nobis, cum aliis cõmune exiſtat, id totum noſtrum [c] dici poſſet.

Nec tamen legari [d] quod jure Dominii, ex fundis legatis ad legatarios pertineret.

b) Vid. text. in l. rectè dicimus §. quintus mutius de verb. & rer. ſignif.

c) Text. in l. rectè dicimus de verb. & rer. ſignif.

d) Text. in l. proprias C. de legat. & §. ſed ſi text. in ſtit. eod.

Hæc cum ita ſe, circa fundos legatos, tanquam rem alienam, habeant, propter tantas rerum differentias, conſulentium liberorum intentionem tuentes, vero verius oſtenditur, objectorum diſsimilitudinem jus mutare, & ſuperius, contra legatricem matrem concluſa, infringere non poſſe.

Quamobrem exhæredationis pœna, niſi pareatur legato in teſtamento adjecta, quod illicitum, & probroſum,

probroſum, cõtineat reſpuendum, & tanquam nullius momenti rejiciendum.

Cui accedit, quod matris prælegationes, ea qualitate, qua tutrix eſſet facta, & propter negationem ſecuta exhæredatio, cum moribus, jure civili, vel prætorio reprobata contineant, certe nullo modo confirmari poſſunt, & ideo, non obſtant ſuperius in contrarium objecta.

Objicitur nobis inſuper, ex qua perſona quis lucrum capiat, ejus factum approbare deberi liberi.

In propoſito, matris hæreditatem, adieruut, & poſſident inter ſeſe dividentes, ergo ejus factum, id eſt prælegatum, approbare coguntur.

Sed reſpondetur, id verum eſſe in cauſis licitis, cõpaſsibilibus, & eodem jure terminatis.

Veluti in facto, cujuſdam matris, quæ filii domũ vendiderat, & tradiderat, quod filius, ſi matri ſuccedere vellet, approbare tenebatur.

Et illud erat ſingulare factum, licitum, & nihil illiciti, turpitudinis, contra bonos mores, & indecori admixtum habens.

Quale in propoſito maternnm factum, exhæredationis contagio deformatum, habere cernitur.

Et ideo, non valet, in contrarium objiciendis minime attendendis,

Digitized by Google

Quinimo, nec hinc conſulentium jus diminui poſſet, quod communi matre mortua, ſecundum teſtamenti tenorem, hæreditatem diviſiſſent.

Siquidem, hoc nunquam, per legitime intercedentia tam ſubſcriptionibus quam liberorum ſigillationibus confirmata inſtrumenta diviſionum, factum conſtabit.

Maximè, quod arbiter, ſicut decet, in familiæ erciſcundæ judicio adhibitus, communem hæreditatem inter omnes diviſiſſet, condemnationibus, & abſolutionibus, in omnium perſonis, legitime factis, quod in propoſito deſideratur.

Moris eſt, in judicio fam. ercis. *niſi ſemel agi* jure comprobatur.

Cæterum abſente arbitro, inter cohæredes diviſio, ſaltem proviſionalis, ut haberent quo ſeſe ſuſtentarent, facta intelligi debet, & ſic quæ indiviſa relicta exiſtunt, utpote hæc materna grandia ex paternis legata, recte dividi imploratur.

Per familiæ enim erciſcundæ actionem, rectè dividitur, hæreditas, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, ſive lege 12. tabularum, aut alio jure deferatur.

Vnde prædictorum conſideratione, non valet de maternorum diviſione, objectio.

Præſertim, cum diviſionis tempore, liberi, quodammodo ferè omnes aut pupilli, aut ſaltem minores,

res, & ſub communis matris tutela, donec viveret, exiſterent ſub renunciatione muliebri ſexui competentium beneficiorum, injuſte grandia illa ex paternis facta legata, minimè approbaverint.

Quamobrem, paterna bona, jure ſuitatis, ad communes liberos devoluta, & eadem qualitate per matrem tutelæ, ſine curatelæ nomine, tam multis annis, ad extremum vitæ ſpiritum, adminiſtrata, prælegatorum oneribus, per eandem, ſuo teſtamento, ſubjici non potuerunt.

Dum tale onus, paternis imponendum, tutelæ ſive curatelæ virtus, in matre impediret.

Quæ mater, res liberorum adminiſtrans, tempore mortis accedente, ad hoc ſedebat, ut res liberorũ meliores, non deteriores, redderet.

Quoniam, jure civili, mater, liberorum ſuorum impuberum, non minus quam vir, tutrix eſſe poteſt.

Sed non habentibus tutorem impuberibus, ſi intra annum, non petierit, ab eorum ſucceſsione repellitur, uti ſuperius eſt probatum, ac dictum.

Quorum jurium, tam anxia obſervatio, urget matrem in propoſito, ne dum tempore conditi teſtamenti, ut tutrix legitima, bona liberorum adminiſtraret, & ab incommodis defenderet, ex iiſdem duobus liberis, ulla tam grandia prælegata faceret.

 Quod

Digitized by Google

Quod contra naturam foret, dum unus idemque actus, eodem modo, circa idem, ſibi invicem contrarios effectus produceret, videlicet res pupillares, ſive minorum, tutelæ officio defendi, & eodem durante, per teſtamentum matris, ejuſdemque tutricis legatis prægravari, & ideo non valet.

Etiam hac ratione, ſuperiùs dicta, adjuvāte, quod mater mortuo marito, tanquam tutrix impuberum liberorum nomine paternam hæreditatem adeundo liberam, & nullis legatorum præſtandorum oneribus ſubjectam acquiſierit, poſſederit, eademque qualitate, ad extremum vitæ ſpiritum, rexerit.

Sic ut non ſolum, aditionis ſive paternorum immixtionis virtute, ſed potius matris contractu ex tutelæ adminiſtratione reſultante, prælegata ceſſare debeant.

Quoniam bona, adita hæreditate, fiunt hæredis [a] & tranſeunt, in patrimonium adeuntis [b].

Et cum (prout ſupra, fuſius oſtenſum eſt) in ſuis quoque hæredibus, quales habentur in propoſito, dominij continuatio [c] fiat.

Et non tam hæreditatem percipere, quam liberam bonorum adminiſtrationem conſequi viderentur.

Profecto, omni juſtitiæ, æquitati, & pietati, & bonis moribus adverſatur, matrem, magni precii paternos fundos quoſdam, quos tutelæ functione, ma-

a) l. ſtichum § actio ff. ſolut matr.
b) l. ſed & ſi plures § [illegible] lio ff. de vul. ar. & pupil ſubſtit.
c) l. in ſ[illegible] ff. de lib. & poſt

rito mortuo, tanto tempore, omnibus liberis integros conſervavit, ſuo teſtamento, legatis auferre, & duobus ſaltem applicare, à ſua ſubſtantia exhæredandis illis, qui beneficiis legatorum auderent contradicere quemadmodum latiùs ex teſtamento ejus videre datur.

Quæ matris, à ſua ſubſtantia, propter legatorum abnegationem, excluſio, cum turpitudinem contineat.

Affirmat jureconſultus, non eſſe ferendos parẽtes, qui injurias adverſus liberos[a], teſtamento ſuo inducant, vel qui illis, neglecto, pietatis officio, irafcantur[b]..

Mater itaque, niſi præſtent legata, ab illa, ex paternis, jure humano, imo divino liberis competentibus, facta, exhæredans liberos, impiè & contra bonos mores ab aliis inimicitias quærentibus, ſeducta, turpitudinem committit.

Vnde cum legatariis, pro legatorum conſecutione tres actiones naſcantur, hypothecaria videlicet rei vindicatio, & ex teſtamento actio, & ad ita hæreditate dominium[c] in eos redundet.

Certè legatariis, in propoſito, propter turpitudem quam matris ab aliis peſtiferis ac odii amantibus perſonis ipſi inſtincta exhæredatio, continet, nulla obligatione firmandis,[d] actio oriri non poteſt.

Et ideo, turpitudinem, ex turpi cauſa proceden-

a) l. non eſt enim de inof teſt. im.

b) l. hoc calere & tot. tit. ff. de eod. tit.

c) l. ſi à titio. ff de furt. & l. ſi tibi homo §. cum ſervus ff. de l. 1.

d) Bart. ad l. ſi ob turpem nu 8. de cõd. ob turp cauſ. Dd, ad l. juriſgen. tium §. ob n. alſicim de pact. & l. generaliter de verb. obligat.

 tem

Quæ omnia præſenti materiæ conſonant, tantūque abeſſe demonſtrant, ut negatis legatis, matris exhæredatio valeret, ut etiam à judice ſubſiſtere declarata, ſententia, tanquam contra expreſſum jus lata, nullius momenti foret. (a

Quandoquidem exhæredationis fulmen, ab omni æquitate diſsidens, reſpuitur à legibus, quæ ne in ſuo teſtamento locum habeant, [b] nemo cavere poteſt.

a) L. 1. de sent. ex brevi recitand. & l. prolata C. de ſent. & inter omn. judic.

b) Text. in l. nemo poteſt ff. de legat.

Itaque ad huc, ante concluſionem, paucis repetendus eſt, exhæredandi modus, ut eo melius, detractis ſuperfluis, turpitudo detegatur.

Modus autem ille ſic ſe habet; Non licet parēti, id eſt mari, vel fœminæ, aliquem ex liberis exhæredare, vel præterire, niſi is probetur ingratus & ingratitudinis cauſas, nominatim inſerat teſtamento.

Ingratitudinis vero cauſæ quatuordecim numero, nova conſtitutione, expreſſæ inveniuntur.

Ad quarum, tenorem ſi referatur, quod liberi, ex paternis, per matrem legata, recuſent, nulla congruitatis umbra, ibi extabit, qua matris factū ſtabiliatur, ſed potius omni jure abhorrens rejiciatur.

Propterea, quod ceſſante exhæredationis cauſa nec inter quatuordecim à jure præſcriptas inventa, omnino ceſſare debeat injuſta matris exhæredatio, utpote à jure damnata.

Quod jus, ex licitis factis ortum trahens, ſecundum debitas qualitatum congruentias, aliis ſpeciebus accommodetur, minimè matris factum omni juri diſſonun, attendatur,

Verum, ut diſputationi, finis imponatur, & matris ex aliorum perſuaſione profecta impietas evidentius demonſtretur, detractis verborum & ſententiarum ornamentis, puræ mentis judicio, hæc quæ ſequuntur, nuda ponderentur.

Primum eſt, Serapius à Galama undecim liberorum pater, cum ante triginta annos, in fata concederet, inteſtatus mori voluit, contentus diſpoſitione legati, æqualiter inter omnes liberos hæreditatem dividente.

Cujus voluntatem, Hiſſa à Botnia, conjunx, liberorum mater, approbans, tanquam eorum tutrix paternis ſe immiſcuit, omnia bona, & familiā multos annos rexit, & poſſedit.

Propter quod tutricis factum, tanto tempore durans, omnium paternorum dominium, & poſseſsionem æqualiter liberis, ſecundum mariti voluntatem lege diſponente, acquiſiviſſe, & cæptam à defuncto uſucapionem, a) per jacentem hæreditatem, ſuam adminiſtrationem, adimpleviſſe cenſetur.

a) l. cæptā ff. de uſuca, & uſurp.

His ita ſe habentibus, ut ex paternis mater prælegat, omnis facultas illi oſtenditur ablata.

Imo, defunctum maritum, injuria afficere, quod contra

contra ejus voluntatem, morte confirmatam, legiſque diſpoſitionem, & proprium ſuum tutricis factum, in paternis diminuendis, invidiam inter liberos quærentium, lenocinijs, utpote planè ſeducta, verſetur, à ſua ſubſtantia exhæredatis ijs, qui præſtandis legatis obloquerentur.

His omnibus abundè ſatis probatum putamus, matris prælegantis factum, non ſolum nullius momenti, ſed etiam à jure rejectum videri, quod omni ingratitudinis cauſa deficiente, liberi paternis carere nolint, & ita contra bonos mores exhæredati reperiantur.

Quamobrem, ſupradictorum omnium, & ſingulorum probatione facta, & ſecundum jura refutatis illis, quæ in contrarium objici potuerunt, manet, & concluditur, filium Galenum à Galama, ejuſq; ſororem Focam à Galama, duos in propoſito legatarios, ad dividendum legata prædia in pago Roudumano, & Mastigaſto ſita, & ad huc, pro indiviſo communia & per eoſdem diu apprehenſæ, familiæ erciſcundæ, aut ad minimum communi dividũdo judicio, judiciali calculo, compellendos fore, non attentis à matre prælegatis, tanquam improbis & turpibus, propter rationes prædictas, à jure ſcripto, rejectis, unicuique hæredum, pro obvenientis portionis qualitate, & quantitate, ex rebus communibus, debitis fructibus perceptis, taxatione judicis à tempore mortis refundendis.

 Sic

Sic, aliorum judicio ſalvo, juris eſt notorij, ac manifeſti quod atteſtor, manuali ſubſcriprione, ſigilli mei appoſitione.

HERO van INTHIEMA.

COPIA
van wylen Olde
SCHELTO van LYAUCKEMA
Teſtament/ ghemaeckt Anno 1479. des dijnrdaeghs nae Paeſſchen etc.

Mette marginale notulen die ten proceſſe worden aenghewesen &c.

AA.

IN nomine Domini Amen. Dit is Schelta Lyauckema Teſtament ende leſta willa/ deer hy macket/ ende ordinieret hat by conſent/ ende reed/ ſijnre Perſinnen ende Bichtfaren/ ende dat mey foertochte ſin/ ende mey ſondige hirta/ ende goedt forſtaun/ al waes hy tranck van lichaem/ hy waes nochtās ſterck van ſinnen ende foerſionich inder memorien/ en hat bytocht dat hy ſterflijck was/ ende alle menſchen ſterflijc ſijn: Heerom ſoe hat hy dat alder eerſt bifalen Godt Almachtich ſijn Edele ſeel/ ende ſijn ſterflijcke lichaem by ſijn hellige patroen S. Sixtus inder helliger tzercke/ als by Lyauckema ſtoel, ende hat ſijn hellige Patroen ſinte Sixt biſprijtſen aerſt in twyra pondemeta landis lidzende op aeſter wands meed. Item deer ney trija pondameta lands dio een Ponſmeet is lidſende by dy herinthia/ ende die ora twijra ſint lidſenda op doiet meed: Item dir ney ſoe haet hy biſprijtſen ſinte Maria dyo Moeder Godis x. clinckarden/ ende bet x. clinckardē tho Tijmmer toe der hellige tzercka behoef. Item deer ney hat hy beſprijtſen H. Waltero ſijn Perſinna/ ende H. Mammo ſijn *Vicario* elckarlijc een golden Rijnſgolden/ ende dae oer tweer Jongera

Lyaukema ſtoel.

Digitized by Google

Preſteren elckerlijck een gouden Poſtulaet/ ende dy coſter tho wijn en oblaten een half clinckard. Itē dier ney ſoe hat hy maket een eeuwich deel tot der hellige tzercka deer hy mey hef weerd hat een ſtick landis op dat haeg Terp deer deer rent an dat land/ deer die *Vicarie* tho bihoert. Item deer ney ſoe hat hy biſpritſen dio hellige tzercke tho Firdgum eñ thoe Tiedmarum/ tho Minnertſgae elcke tzercka x. buttiens/ende elcke Preſter in elcke loeg een pondt. Item deer ney hat hy biſpritſen dy Convent toe Ledlum xxx. clinckarden. Item tho Aeſterbierum hat hy beſpritſen die helliga tzercka x. clinckarden/ ende elcke Preſter aldeer een pond. Item toe Pietersbierum die hellige tzercka x. clinckarden/ elcke Preſter een pond. Item tho Wynaldum dio hellige tzercka hat hy beſpritſen x. clinckarden/ ende her Schelta Perſinna aldeer een Wilhelmus Schield/ eñ dy Jonger Preſter een pond. Item tho Harns dy hellighe Patroen ſinte Michael hat hy byſpritſen x. clinckarden/ elcke Preſter aldeer een pond. Item dy Convent tho Wands eeijn/ ende dae broeren tho Slaet elckerlijck een rijnſgolden. Itē dae Jacopinen tho Lyourd hat hy byſpritſen een Rijnſgolden/ ende dae baerfoete-broeren alſoo folla. Item tho Lyonie tzercka hat hy byſpritſē tria Rijnſgolden. Item tho Franker tho dy grata tzercka alſoe folla ende toe dy Claeſter aldeer iij. Rijnſgoldē/ ende elcke preſter aldeer in dat claeſter een pond. Itē dae tria ſinte Maria tzercken elckerlijck v. clinckerden/ elcke preſter in elcke loeg een pond. Item dy Convent tho Anjum hat hy byſpritſen v. clinckerden. Item deer ney ſo hat hy macket ende beſpritſen tho behoeff der arme menſchē als vijf clinckarden op Sinte Sixtus dey tho deelen/ tho Lyauckema huys/ ende deer toe een tonna biers/ en de een goed meeltijt/

Een eeuwig deel. perpetuitas

die

dit ſo lang tho durpe/ als een van ſijn kijnden libbet/ ſek lijfhaftich ſint. Item dier mey ſoe hat hy beſpritſe Ebbel ſijn Dochter als xxj. clinckeriue rent/ x. clinckarde deer Epo Rommert ſin deer nu ter tijt jowt/ en x. Minna ter tille nu ter tijt jewt/ ende iſt dat ſeeck dat hyo ſterft ſonder aefte kijnden/ ſoe ſchille diſſe forſz Renten wederom an her broren. Item is dat ſeeck dat hyo boeſtiget by Tyeptie reed/ ende her broeren reed ſoe ſchilma hir claia by Tyeptie reed/ ende her brorede reed/ en deer toe ſoe ſchil hyo hal ba een ſcribri teema fan ix. ſchilda wirden/ ende een paer ſcotte van xvj. ſchielda wirden/ ende is dat ſeeck dat hyo boeſtiget buta Tijttie/ ende her broren reed/ jefte conſent ſo ſchil Ebel forſz diſſe forſz renten ende goeden foerberd habbe. Item ſoe macket hy ſijn ſyouwer [a] ſinnen ende kijnden eerwen ſijn tijdlijcke goeden/ ende dat kijnt deer Tiſeyt mey geet al ghelijck is dat ſeeck dat hyo een kerſten ſeel krighet/ ende dat in diſſer maneer/ als dat hy biſpritſen hat Schelten ſijn Ieldersle ſin Lyauckema huys, porte, ſtens ende ſtaete, mey alle da landen deer ſijn Awdfaer in foorſtnde bruyckt ende bijſget hat, ende leeten, ende lauget hat, deer tho Lyauckema huys heerden, ende gingen, deer tho ſijl/ ende ſijlroede mey dyo molnna/ ende ſijn toebyheer/ hijr for ſoe ſchil hy foldwaen armen agen/ ende alle gaeſtlijcke lijodin/ deer tho Lyauckema huys comet en als ſijd plijg plyget tho weſſe/ en deer tho ſijn faers deel, Awdfaer, ende Awdmoers deel, elckers Ieers tho bytellie: Ité is dat ſeeck dat Schelto forſz een aefte ſijd criget deer hy kijnden bijtriocht/ jefte byethiae mochte/ en hy ſtoer eer ſijn aefte ſyd ief foer ſijn kijnden liwes bijwowed/ ſoe ſchil dyo ſnoer ſchede van Lyauckema huys, ende fan dae goeden als forſz is/ ende ſchil dan laugia op Sicke Schelte broer forſz, ende dyo ſnoer mey hir kin-

[a] Nota illa verba inné ende kijndé quæ idé ſignificant quod vocabulū Bern/ quo teſtator Epo vā Lyauckema utitur in ſuo teſtamento, ad ſignū marginale.

Nota ſé- deer mey. Schelto Bern &c. idque pro- ſubjecta materia.

Heredum inſtitutio.

Schelto. Lyauckema huys.

Avus. Awdfaer.

Not. dum bene.

Lyaukema huys.

Laſten.

Majores.

Anniverſarium onus.

Sicke.

 de

Digitized by Google

den ſchillat dan dae goeden ende rentē weder habba/ deer Sicke forſz dan ter tijt bruyckt/ende bysiget hat ende Sicka forſz dan ter tijt bruckt ende bijſighet hat, ende Sicke forſz ſchil dan Lyauckema huys porte, ſtins eñ ſtaeta, mey dae landen eñ goeden, ende leſten als forſz. is biſitta, ſonder Schelte wifs/ ijeſte kijnden weer ſidzen/ jef van hjarza weghen. Item foerd aen iſt dat ſeeck dat Sicke forſz een aefte ſijd crygat/ deer hy aet diſtolijcke kijnden bytaeg/ende eer ſijn wijf ende kijnden iiwes bijlyowd/ ſo ſchil Sicke wijf mey hir kijnden dan ſchede van Lyauckema huys als forſz is, ende ſchil dan dae goeden, ende rentē weder habbe deer Epa Sicka broer forſz dan ter tijt bruyckt/ende byſchet hat mey hir ayen goeden/ ende Epe forſz ſil dan Lyauckema huys als forſz is byſitte mey dy goeden ende leſten, als Schelte forſz byſetē hat, ende leetē ende lauge was. Item deer ney ſo hat hy byſpritſen wybē ſijn ſin Hebbema huys/ ſtee/ ſtins ende ſtaten alſt ſillige Wybe Hebbema ſijn deel Schelte Lyauckema leeten/ eñ lawget hat. Item deer ney ſo hat Doed Hebbema by libben ende bytanden biſpzicſen Wyben forſz hir oer deel fan Hebbema huys/ſtee/ ſtins ende ſtaten/ Hwāneer hyo iiwes byliowd/ ende deerto allſo fulla goeden ende renten/ deer hijo dan in hir Teſtamēt biſpreckt. Item is dat ſeeck dat Wybe forſz aeſtiwich waerd/ al is dat hy aefte kijnden tyocht/ ſo ſchil Wybe wijff forſz mey hir kijnden ſchede fan Hebbema huys eñ Staten als forſz is/ ende ſchil dan lawgia op een van Schelte Jelderſte kijnd/ ende hwa ſoe dat dan fan Schelta Jelderſte kijnd Hebbema huys ende ſtaten als forſz is biwennet/ dy ſchil dan dae ien daer fan Hebbema huys ſchedet reke eñ jaen allſo fulla goeden eñ renten/als Doed forſz in hir Teſtament biſchriwa lat. Item

Sicke. Lyauckema huys &c. Epe. Laſten. Poſſeſſeur. dae goots bate ſilveren hoyn etc. Lyauckema ſtoel

lat. Item deer ney ſoe hat hy mecket dat dy greta beſta ſelveren hoern, ende dy lytia beſta ſelveren hoern, ende dy mõnich ſonder ſelver diſſe forſz hoernẽ ſchillet bluwa op Lyauckema ſtaten, ende alle dae oere ſchinsfetten ſchille da kijnden to lijcka deela. Item deer ney hat hy mecket dat Tijeyt Lyauckema huys als forſz is ſchil bywennia alſoe lange, als hyo lyuwet/ ief als hir lyaeff is/ ende hwanneer hyo Lyauckema huys byjaen wil, ſoe ſchille hir lyaefſteſten weſſe ney hir Perſinnen reed/ ende da munden ſchickinghe. Item deer ney ſoe hat hy mecket dat Tyeyt ſchil alle rentẽ berza deer Schelke ende hyo to gerze brůckt ende bijſget habbet/ al onter tijt toe/ dat da kijnden to burdeſte cõmet/ jef boeſtiget/ ende da kijndẽ deer fan toe reeden/ ende to clayẽ alſt eerlijck is/ ende da kijnden nen rentẽ ſchillat berra onter tijt toe/ dat hya biſonderling boeſtigit. Itẽ ſoo hat hy mecket ende ordineret dat ma dae ſchielda deer ryochtferdich ſchielda ſint/ ſchil ma bitellia by ſijn Perſinna reed ende mundana reed, Item deer ney hat hy byſpritſen Doeden ſijn Moyer een ny bed/ mey ſijn toebiheer/ ende dy beſte ſilverẽ hubet. Item deer ney ſo hat hy byſpritſen Tzaling ende Andla da renten ende landen in Dirck Smidſma goed alſo folla als ſijn deel is/ ende deer tho elckerlijck een bũt paer clana/ hijr mey ſo ſchillet hya hyarẽ noye leze/ als hyaet hem louwet/ ende ontheeten habbet in goede lioeden andert/ ende deer to nen foerſpreeck to mentyen op Doed Hebbema forſz Teſtament, Item deer ney hat hy mecket ende bijſchickt mondẽ ende bywaerers tho ſijn kijnden als Douwa Syaerda, Gerrold Herema, Foppe Renich zoon opper Schiliga ende Ede Douwa ſin, op diſſe forſz monden ſo hat hyt byterret datſe willet Tyeyaẽ mey hir kijnden helppa ende reda deer

Digitized by Google

hya byhoeftich moeghen weſſa/ ende in ſecken deer hyerzum mochte tho falla/ ende is dat ſeeck/dat Douwe Sijaerda aeſſpwich wirt/ ſoe hat hy byjerzet/ dat Sicke Syaerda ſtaen ſchil in Douwa ſteed ende deer to ſo hat hy byjerzet/ dat diſſe forſz monden ſchillat Doed Hebbema ſijn moyet helpe ende reda/ende beſcherma alſoe lang als hyo lijwet. In een weerheed dit teſtaments forſz ſoe habbet wy Walterus Perſuma/ende Mannio Vicarius perpetuus uſe ſelves/ ſiglen hanget oen dit jenwirdige Teſtament forſz/ Int Jeer ws Heerens tuſen fiower hondert ende lxxix. des tijſdeys ney Paſca dey.

IN nomine Domini Amen. Int Jaer ons Heren xv^c. eñ iij/ die derde dach in October dat was duorum ewaldorum nitirum to acht uren ofte daeromtrent/ ſoo heeft hem Schelto Lyauckema bedocht datter onder alle verganckelijcke dinghen niet ſeeckerer waer dan de Doodt/ ende niet onzeeckerer dan de upze des doots/alſoo dat hy was volmaeckt van ſinnen ende verſtandt/ al was hy cranck van lichaem/ ende heeft gheordonneert eñ gemaect ſijn teſtamẽt oft laeſte wille in manieren naeſchrevẽ/ int eerſt ſoo begeert hy zijn legerſtoel toe Sneeck by S. Marten ende beſpreeckt aldaer xx. ſchilden/item ſijn Patroen to Sexbierum x. ſchilden/ item Pieterſ bierum ende Oiſterbierum ende Winaldum elck een gout gulden/ Item alle de Prieſters in Barzadeel elck ij. ſtuyvers ende al de Kercken elcx een ſtoter/item een pegheliick Prieſter to Sneeck ij. ſtuyvers/ Item de vier bidende orden elcx een encken gulden/ Item Lumij. kerck Lidlum Anijghem ende de Cruicbroeders tot Sneeck elck

Digitized by Google

elck een enckel gulden/ Item toe tabor ende olde Clooſter elck een half enckel gulden/ Item de Kerck tot Bolſwert x. ſchilden ende elck Prieſter een ſtoter/ Itē al die ſuſtren Cloosters in Ooſterghoo ende Weſtergo elcks een halfs enckel gulden. Item voorner ſoo maeck ick erven over mijn goeden replijck ende onreplijck mijn kinderē/ gelijck als Sicke eñ Truncke* Maer Sicke ſal to vorndeel hebbē Lyauckema ſtatē met dat hoff eñ hornleger, eñ graft en 50. ēckel gl. Jaerlijcke renten/welcke renten hy beſprooken heeft in tegenwoordicheyt onſes/ als Henricus Pater van Lunpkerck/ Heer Goeſluck Wingha/ eñ Heer Ockingha/ als wy met onſen Zeghelen onder ſpacium des Teſtaments betuygen ſullen. Item ten laetſten ſo maec ick monden over mijn kinderen voorghenoemt M. Sicke paſtoor to Ooſterbierum/ Heer Goeſluck Jwing ende mijn Broer Epe / ende Heere Ockingha/ in een teycken des waerheyts voorghelz/ ſoo ſijn daer toe geroepen eñ beden om te tuyghen Heer Jacob perſonner van Bolſwart heer Gerloft Bruonſma nu ter tijt dekē aldaer ende probendaet / eñ ick Heer Allert Vicarius ende teſtamentoor/ Heer Pieter prebendaet ende Heer Reyner prebendaet to Franeker ende Gerryt Douwe zoō Notarius/ ende Secretarius des voornoemdes Stedes Bolſwart/ende by Hē-

**Filiy prælatione & unica filia quamvis charisſima nata, & testatori cognita, ſuper domo Lyaucumana arduā exclusionem & ſic vocabuli Bern, ſive partus ſenioris, ſecundū conſuetū ac ſolitū Laucumanorū* *morum debitam explicationē cauſantem, & in æternū juxta Eponis à Laucuma teſtamentum, ſuper filiys cum totali excluſione omniū tam natarum quam naſcendarum mulierum, utpote avitorum alienatricium ſalvo aliorū judicio extendendam, & fœmininum ſexum, non niſi quum indefectum maſculini generis, admittendem eſſe cenſeo juxta conſil. 1. Axiomat. Heronis ab Inthiema q. militiæ Phriſiacæ Cenſoris quemadmodum Doctiſſimus & Nobilitate vir clarus Dominus Hero ab Inthiema quondam militiæ Phriſiacæ cenſor latiùs & ſolidè tam legum quam Dd. auctoritatibus probavit conſil. ſuo 1. Axiomat. 2. & ubique ibidem diverſi modè & acriter ad modum aſſeruit, prout cuilibet ex præcedentibus luci fœliciſſimè emiſſis videre licet.*

Digitized by Google

ricus Pater van Lunpkerck/ ende Heer Goeſlijck Twing/ende Heer Ockingha ſinnen daer oock to gheroepen/ende ghebeden om to tuygen/ die artijckel als van 50. enckel guldens Jaerlijcxe renten/ ende ick Heer Jacob heb voor my ende mijn Vicarius Heer Allart om ſijn bede wille mijn Zeghel hier op gheſet/ ende ick Heer Gerloff/ Heer Pieter ende Heer Reyner/ hebben onſe Zeghelen daer mede opgheſet/ ende ick Gerrijt mijn gewoontlijcke Hant als een Notarius/ende ick Henricus Pater ende Heer Goeſluck eñ wy hebben onſe Zeghelen op ſpacium des Teſtaments mede ghedruckt inden Jaren als voorſchreuē is. Onder de principale van deſen ſtont ick Gerrijt Douwe zoon/ orconde onder mijn woontlijcke Notarius teycken datz alſoo is als voorſchreven ſtaet.

DEn Coppa van deſen originale Teſtamente bekenne ende verclare ick ondergheſchreven Advocaet inden Hove van Vrieſlandt/mij vā weghen der Edelen/ Geſtrenghen ende hoochberoēden Heeren Overſte/Heer Georgh van Lyauckema/ om te collationeeren ter handen gheſtelt zijnde/naer gedane collatie van woorde tot woorde metten principale voorſchreven te accorderen/ ōder welcke beneſſens ſubſcriptie vanden voornoemden Secretaris Gerrijt Douwe zoon noch ſtonden ſeven vanden Zeghelen/ ſes van dien in groenen ende een in rooder Waſſe ghedruckt/ de welcke/ hoewel d'ſelve door oltheyt ofte lanckheyt van tijt eenichſins waren gherazeert/ nochtans in dier voegen ghenoechſaem kennelick/ omme voor een originale beſtendich te zijn.

COPIA

COPIA

van wylen

EPO van LYAVCKEMA

Teſtament/ ghemaeckt

Den ſeſthienden Aprilis Anno 1535.

Mette marginale notulen die ten proceſſe worden aenghewefen &c.

IN *nomine Domini Amen*. Een ygelijck ende alle dae jeen deer dit by heert/ eñ van need is te wyten/ſiet kenlijc ende oepenbier dat int jeer tuyſent vijf hõ-dert vijf eñ trijtich op dy 16. deyin April op ſijn eyn huys to Lauckema in Sexbierum in by weſſen Heer Hitto ende Heer Schelto perſonnen to Sexbierum ende Ae-ſterbierum/ H. Anno ende Heer Frerick *Vicarius* ende præbendaet to Sexbierum/ tyoghen hier to roppẽ eñ baden is weſſen liaefflijck by ſijn aein vrye wille mey voortochtighe ſinnen ende mey rype vyreed ſonder e-mendts bytwang of verheiſinghe allet ſeyde/ cloeck ſterck/ ende wijtlijck van vorſtand hovol ſieck van li-ham/ die voorſichtighe Epe Lyauckema/ vurtenſen-de die breeclijckheed der menſchen, dat alle Creaturẽ der natuerlijck Liuve eens ſterve motte/ eñ dy ſchield van ons vaer Adam/dat is die daed naet wijtende hoe eer ſmertiende/ bytellie motte. So dan dit daed gans ſyc-ker is/ende die vura dis dadis onſijcker veer cindt vã need is mey die Godlijcke vormeninghe dat die men-ſche alle tyden wacker/naet ſtreptnõt van dy maeſter

B·B.

Nota De-nominatio-nem &c.

Prudens.

des huyſgheſins byvonden wirt/ dat hy tijtlijck jette
ſijn verſtand habbende ende vijf ſinnen/ alſoo de wra-
ſche bykeringhe gueden ende haven handlye/ ende
Schicke/ datter van die Heere int tyde der viſitatie
als een cloeck/ wijs/ ende voorſtandich Rentemeeſter
pryſe eñ acht wijrdt/ dat uuytnits ſijn voorſuminic-
heed ende wanachtiende tuyſche da erven/legatarien
of ora lyoden min twiſt/ nijt/ haet/ oft diſſentie com-
me of voorryſe/ diſſe puncten voorſchrevē anime re-
kende hat Epo Lyauckema voorſchreven/ aerſt noch-
tans God biddende om gratie in die erre goden ende
dy budijdeſte Maget Maria om die toern Goden to
metigen ende barmhertichheed by God toe verkrijen
mackit ſijn Teſtamēt/Codicil/nuncupatijf leſte wille/
ſimpel inſtrument oft iſt alderbeſt ney da ryocht ghe-
woente dis Landis off ghemeene ſtijl ſtaen mey effect to
habben wol aeck Epo voorſchreven iſt dat dit naet
ſtaen mey als een ſolenin Teſtament troch breck van
ghewoonte des Landes
inigerhande ſolemniteyten van riochte/ dattit ſil ſtaen
in oin meer iſt alderbeſt ſtal houde mey in alle zijn
puncten onderhouden ſil wirde/ Ende toe mare veſti-
cheed van diſſe ropt Epo voorſchreven weer alle ora
Teſtamenten Codicillen/leſte willen/ oft donatien in
hat manier hy ſulcx in voortyden mochte macke hab-
be aeck mey derogationael clauſulē/ ſulcx allis al van
ninner wirde to weſſen/ ende gans naet/ mer diſſe leſte
wille allinne veſt eñ volſtandich to blieuwē int aeyn
van zijn libben/ Int eerſt bevelt Epo van Lyaucke-
ma voorſchrevē God almachtich/ Maria zijn benedi-
de Moeder/ ende alle heylighen goden iſſer dat bod
In ſijn Vaders graff.
Godes vervold ha/ ſijn edele ziel/ eñ byerit ſijn lichaē
toe reſten in Sexbierumer tſijercke in ſijn Vader greftnē
hy

Digitized by Google

hy beſpreeckt Sācto Sixto ſijn Patroō fijftien enckel guld. Item dat heylighe Sacrament God almachtich Maria die moeder Godts ende alle Lieve heylighe Goden in Sexbierumer t'ſijercke toe eere alſo volle waexbrand alſt eerlijck ſil weſſe. Item hy beſpreckt zijn Perſonne ende *Vicarius* elck een gouden Cro:n/ H. Evert/ ende H. Frerick elck een P hilips gh. die coſter een hael gh. Item hy mackit alſo volle r ee len alſt eerlijck ſil weſſe.. Item hy ordineert ende beſpreḉt een eeuwich eermiſſe to Syonghen op Sanḉta Catharina altaer in Sexbierum to dat Leen deer H. Frerick op waint to dy eere Goden, dat heylighe Sacrament op den tongersdey, by Leſtiende deer mey ſes enckel gh. rentē ieerlicx wt Saexla zeta toe Sexbierum: item da bidden ordē byſonder da mindebroren tot Bolſwerdt alſt eerlijck is. item da boeckinge troch dy deel alſt eerlijck is/ byhaldelijck dat Lidlum ſil habbe trye enckel gh. Aeſterbierumer t'ſiercke alſoo volle/ Anygum/ Tyemarū ende Harnſere t'ſiercke elcr een enckel gh item da mee ne arme lyoed alſoo volle allt eerlijck ſil weſſe Item Gerold Herema ſil habbe ſijn beſte claed/ item Taecke Herema/ Doecke Renya/ ende Sc,,elto Latzema elck een eerlijck gl penninck. item Trijn Rioedts wijf ſin niſt ſil hebbe alſoo volle/ of dat ien hyo hun Epo mochten ſchieldich weſſe/ Item hy beſpeckt ſijn bameſtert ſuſters bern als Edele bern ſpouwer pōdemyē to Wynaldum deer Heſſel Sybren ſoon to haele ha: eñ aeck d'oore t'weere pondemeten der Jello Leltkt zoon to Pieterſbierum van hun hat/ of ſoo Lyts ent e greet iſſe hiſe naet te vercapien dan die poſſeſſoer van Lyauckema indenirt habbe wol dy pondimeten naet hager te jaen dan voor vijftyeen enckel gl aeck ſillis habbe

Marginalia: waſlicht. — perpetuitas. Een eeuwige ſingende eermiſſe, 6, enckel gul den, — Hio — A. 1. A. 20 Poſſeſſeur Indenirt. is ma culini generis, & ſignificat. Indien ...

Digitized by Google

da renthen Lund Epo Vaers teſtament. Item Sicke Lutzen ſoon toe Wynaldum beſpreeckter oft joucer om Godis wille op uſufruckt oft bruyckme ſo langhe

derer. iſſer Lyoet van die zeta derer op wannit/ ende der to

id eſt: daer by, tot eeu wighe tyden. ſyvum pondemieten Seedlant in Foppen gued/ oft ſo iſſe deer liaſen to eeuwighe tyden naet te vercapien dan

Poſſeſſeur indient hem die poſſeſſeur van Lyauckema indient hem byliavit die

A. 3°. ponſimieten naet hager toe jaen dan voor vijftijie en-

A. 4°. kel gl hier mey ſil Sicko voorſchreven to vreed weſſe, Want Epo voorſchreven voor een Soon hem naet bykent. Item Epo Lyauckema voorſchreven mackie erven toe al zijn gueden landen/ende oers hiert boppe naet by naemt/ ende ſpecificeert/ Hylck ſijn echte ſyd

Erven. Schelto, Sicko, Ludcye, ende Triin Salighe Sicke Lyauckema nelieten de weeſ kinderen in manieren neiſchreven als dat Hylck/ voorſchreven ſil habbe al Epo roerlijcke gueden als goudt/ ſilver/ Jeldt/ quyck ende til-

afterdaden cleed/ ende claed/ Inboel/ bed ende bulſter/ ende ſulcx

Nota primo poſſeſſoer eñ byſitter, al da crediten toe berzen ende da debiten to betellien mey alle afterdeden. Diſſe guedē voorſz ſil Hylc voorſz habbe to eeuwighe tyden by hale da ſchinck vetten ſil

A. 5°. habbe ende haude die poſſeſſoer ende byſitter vane Ly-

A. 7°. auckema; item hier to boppe ſil Hylick voorſchreven

A. 8°. habbe dat uſufruckt ofte bruckme to her libbe to Lyauckema hoys, huyſinge, Staten/ hoff land ende ſand iſt nu to Lyauckema bruyckt wirt, die mondle toe Sexbierum, die zeta der Claes Jancke zoō nu op wennet toe Sexbierum Tyetije Zeta to Wynaldum/ mey de zeta deer Sicko voorſchrevē op wennit nyoncke Sicko vetterē voor hylck/ aeck dy ſwanne jacht in Wy-

perpetuitas naldum na reed allis al als voorſchreven to her libbē to item aeck wol Epo voorſchreven dat op ien der Sicke

ke

ke voorſchreven zeta by wennit toe eeuwighe tyden ſil die ſchildich weſſe da ſwannen voorſchrevẽ to war-rien ende to wachtien/ item hylck voorſchreven ſil hab-be voor heer cape Landen ſaan pondemieten in jonge zeta to Pietersbierum dae landen toe eeuwighe tyden by die zeta blyven to liten voor die pondiſmiete alſoo volle toe heer to verzen als da ora pondiſmeten in die zeta voorſchreven jelde. item aeck ſil hylck voorſchre-ven habbe die trymdeel vande landen to Wynaldum upt comd van Doecke Hellinge ende nin meer wantſe in eẽ greet part mey Epo ſilver bytellet ſint/ hier mey wol Epo dat hylck vur al ſil to vreed weſſe. itẽ Schel-to ſalige Sicke audſte ſoon voorſchrevẽ ſil habbe to eeu wige tydẽ to durryẽ *in præcipuum*, prælegaet ende vorn-deel in aeyndum ende poſſeſsie ney hylcke voorſchrevẽ vurlibben to apprehenderen ende aen toe fettien Lyauc-kema huys, huyſinghe, hornlegher, ende hof, land, ende Sant alſt nu to Lyauckema bruyct wordt, die mõdle voor-ſchreven die zeta deer Claes Iancke ſoon voorſchreven nu op wennit, Tyetſe zeta voorſchreven to Wynaldum, aeck die zeta der Sicke voorſchreven nu op wennit to Wynaldum, mey die Swanne-jacht in Wynaldema ried voorſchreven, vur als Hylck deer van toe land is/ die uſu-fruct oft bruyckme als voorſchreven, ende ſoo wol Epo voorſchreven dat da *Sponſalia* ofte contract ſchyen by Epo voorſchreven/ ſalige Lutſe Haringſma/ ende Sic-ke Lyauckema der ena/ Gerzoldt Herema/ ende Lut-tie ſyn huysvrouwe der ora/ tuyſke Schelto voorſchre-ven ende Anna oft een van Gerolts ora Dochteren ſille van ſtanden aen vordgõg habbe mey den eerſtẽ. indiẽt Schelto alſoo naet belief de to dwaen/ ende ſoo naet det/ ſoo ſiller deer mey priverit weſſe ende vervallen

tot eeuwighe tydẽ de Swannẽ te warrien.

Bene: tot eewighe tyden.

Nota ſecundo, tot eewige tydẽ toe duyrien,

B. 1°.
A. 1°.
A. 1°.

 van

van dat *præcipuo* ende voirndeel allis al als voorſchreven voorvallen to weſſe, ende tho habben Sicke voorſchreven zijn Broeder. Indient Sicko naet vervolghet ende effective det als voorſchreven/ ſoo ſilt vervallen eñ habbe in manieren als voorſchreven Lutſie of Catharina voorſchreven, Item of nimmen van dae bern voorſz beliaefde ſulcx als voorſchreven te vervolgen/ ſoo jout Epo voorſz allis al die voorndeel als voorſchreven in die eere Godes ende ſijn ſiele ſillicheed to dat Catuſier Claeſter by Amſterdam ter tijdt is hier int landt een ſticht wirdt als dan hier in dit Claeſter te blyuwen.

Item of Schelto voorſchreven verſtoer ſonder echte Bern ſoo ſil dy voorndeel voorſchrevē habbe zijn broer Sicke voorſchreven, item oft Sicke verſtoer ſonder echte Bern, ſoo ſilt habbe Luttie oft Trijn voorſchreven, in manieren als voorſchreven. Item toe allē tyden Schelto, 1. der ney Schelto Bern der aadſt is, 2. der ney zijn audſte Berns Bern/ 3. ende ſoo int eeuwich in dy delgaende graed 4. allinne toe habben, 5. ſō der deelſchip deer van toe dwaen oft 6. by wanverſtandt van dat aadſte Bern 7. to allen tyden een van da ora Bern 8. derir bequaemſt to is dat voorndeel als voorſchreven to habben, ende dat by diſcretie vanden Abbit van Lidlum ende da perſonnen van Pieterſbierum ende Aelterbierum. Item of Schelto voorſchreven in 9. zijn Poſteriteyt ende neycomlingen voorſtoor, ſoo ſil dat *præcipuum* vorndel ende prælegaet als voorſchreven in manieren als voorſchreven habbe, ende voorvalle op Sicke neycomlinghen in maniere

manieren

Nota 5°
B. 2°.
B. 3°.

1 Daer nae Schelto kinderen/ ofte kint/ die oldeſt is.
2 Daer nae zijn oudſte kints kint,
3 Ende ſoo int eeuwichinde neergaende graedt,

Nota 6°
B. 4°.

4 Eñ alleenich te hebben
5 Sonder deelſchappe/ ofte diviſie daer van te doen,
6 By wanverſtant/ in gevalle van diſcort/ in gevalle van onſeeckerheyt vant olſte kint.

Nota 7°
poſteritas Scheltonis

7 Tot allen tyden eē vande andere kinderē
8 Die bequaemſt is/ om dat voorndeel als voorſchreven te hebbē,

Nota 8°

manieren als voorſchreven/ Ende in gebreck van Sic- Nota 8.
ke voorſchreven ney comende op Luyties of Cathari- I. 3.
nes in manieren to allen tyden als voorſz. Item aeck Nota 9.
wol Epo voorſchreven dat dy Heere vant vorndeel als Die Heere vant voirndeel
foyrſtionder in perſoen ſelven ſil Lyauckema bywennie
in creft als voorſchreven. Item vort mackit Epo Lyauc- als voirſtander
kema voorſchreven gheiijck erven to alle ſijn gueden
ende landen hijer boppe net ſpecificeert Schelto, Sicke, a. 90
Luyttie ende Catharina ſalighe Sicko Lyauckema bern to gelijcke erven.
voorſchreven toe lijcke to deelen. Eñ ſo ſil conſolideert Nota 10
ende to nette weſſe dat jeeld opberd van Jinck Ly- Lyauckema
auckema to reparatie van Lyauckema huys eñ aeck to huys.
nate hier men dat Jeeld op berd van auwde huyſtera a 116.
zeta om dat Epo van ſijn broers daet aef langhe tydt da Nota 11
renten van Lyauckema aeck luyd ſijn Vaders Teſtament Teſtamentum paternum.
ſalighe ghedachten miſtha. Ende aeck allisnu aen dy
timmeringe to Lyauckema al byſtegt is. Item wol Epo tot Lyauckema
voorſchreven dat Schelto voorſchreve̅ mey Gerroits a 126.
Dochter als voorſchreven alſe wennighe begrype to Pæna privationis.
Lyauckema mey Hylck voorſchreven ſille wannije om Nota 12
van Heer te leeren ende heeren/ hijer men wol Epo Cathuſers
voorſz dat ſijn erve̅/*legatarÿ, donatarÿ*/eñ alle Lyoed ſille Executores teſtamentarii
toe vred weſſe by verberniſſe ughe̅ deer een yegelijc va̅
hirre toe leyd is/ende dat to vervallen ende te̅ weſſen toe
profyt dat Claeſter der Cathuſers voorſchreven in mani-
ren als voorſchreve̅. Aeck by dy pæne des riochs/ re-
levirt ende abſolveert Epo voorſchreven myts dijſſe
Hylck voorſchreven om *inventarium* to meytie̅/ende re-
kenſchap to dwaen. Conſtitueert/ ordineert ende ſet
Epo voorſchreven executoren ende vervolgers van diſ-
ſe ſijn leſte wille, eñ Teſtament den Eerenveſten Ge-
rold Herema/ Taecke Herema ſijn broeder/ eñ Doec-

IN nomine Domini, Amen. Int Iaer ons Heeren duyſent vijfhondert een en t'ſeventich den vijfſten Maij/heb ick Schelte van Lyauckema[a] overgelept datter niet ſekerer is dan die doodt/eñ niet onſekerer dan die ure des doodts/ waer door ick hebbe ghemaeckt mijn Teſtamẽt/Codicil/ſimple inſtrument ſo alſt alderbeſt nae die rechten ofte landts coſtumen ſtal ende effect mach ſortieren/ Inden eerſten beveel ic God Almachtich mijn Edele ſiele/ ende het lichaem den aerdẽ/ ende dat toe ruſten in zinte Sixtus Kerike by mijn patroō tot Sexbierum/by S. Spoucke ſyde/eñ S Anna gebrẽte bygeer ick dat daer by mijn gelept wort Itẽ voort wil ick Teſtator dat mijn wijf Jel Dekema ſal blyven ſitten in die adminiſtrati van alle die goede replick eñ onrepplijck/golt eñ ſilver geen uytgeſondert ſonder emãt ofte mijn kinderẽ eenige rekeninge nu ofte in toecomẽde tydẽ te doẽ/ oftet gebeurde dat ze weder mochte hylcken ſoo beſpreeck ick haer tot een lijf giſte alle mijn renten/ ende landen die ick hebbe in Franeker ende onder Franeker klockſlach/eñ in Franeker deel/ ende dit tot haer lijfſtont / des wold ick wel ſoo ferent haer belieft datſe die ankoefte goeden ons kinderen wolde laeten genieten/ het welcke ick tot haer believen ſtel/ voorder wil ick Teſtator dat Iarich mijn oldſte zoon ſal hebben Lyauckema ſtaten met het voordeel nae S. Epe van Lyauckema mijn Ooms Teſtament, behalve dat ick wil dat Rinners zate / ende Meijnerts zate achtert hoff met dat ghenige dat ick in Lyauckama koeſt heb eñ die 2 fl. rentẽ in Minne zate welcke zate mijn ſuſter Tryn toecomt/ Iarich ſal hebben in die

Sterck ende geſondt vā lichaē gaen de ende ſtaē de.

Ende oft die tūbe ſo groot niet ware dat ic daer legghe mochte ſoe wil ick dat men daer eē kelder maeckt dat ter iij, ofte iiij in leggē mogen.

 plaets

Digitized by Google

plaets van Tietze zate to Winaldum overmits hem
die ghetrieſtijcker zijn/ ende oft die twee zaten ſo groot
ende goet niet mochten zijn ende het genighe ick daer
in mochte aenghekoft hebbe/ als Tietze zate to Wy-
naldum/wil ick nochtans dat Iarich toe vreden ſal ſijn
want ick die huyſinghe ende landen heel grotelijcken
verbetert heb/ het welcke dan oock weder tot Iarichs
profijt ſal ſtrecken ſonder emants jet wt te reken: Item
voorder wil Teſtator dat Sicke mijn ſoon to vor-
deel ende voor uyt ſal hebben Minnema huys ſtaende
binnen Leuwarden met hoeft ende ſchure daer toe be-
hoorende met die achthien koeganghen op het vliet/
met oock alle die Steed renten die ick heb binnē Leeu-
warden ende op het vliet. Item voorder oftet ghe-
beurde dat mijn Wijf my nu noch een jonge ſoon baer-
de, ofte in toecomende tyden ſoo wilick Teſtator dat
die ſelfſte jonge ſoon/voor wt ende toe voordel ſal heb-
ben twee duyſent golde guldens an gelt tot een huys

b) Tot alle mijn andere goederen boevē met geſpecifi
ceert.

xxviij ſt. voor den gulden/met blōſtera fenne legghen-
de by Francker buyten die noorder poort groot om-
trent xij koegang / waer uyt xviij ſtuy. renten gaen
voor die Prieſters toe Francker / met noch een fenne
buyten de Weſter poort groot ontrent vijf koegangh
die Jan Claes ſoon ſinede nu bruyct/ met alle die ſteed
renten die ick binnen Francker heb. Item voorder
maeck ick Teſtator mijn kinderen/ſoons eñ dochters
gelijck erfgenamen/ende ſullen die deylen by loetinge
ofte anders als ſy alder vrūtlicx konē. Dit alles aldus
als vooren gheſchreven ſtaet is mijn voorſchr teſta-
ment / codicil ofte leſte ende uyterſte wille, die ick by-
geer van mijn kinderē voorſchreven onderholden eñ
naegegaen toe hebben/ ſo als t'ſelve goede kynderen
toe

Digitized by Google

toe behoort ende betaemt/ toe verkōde der waerheyt van alle des voorengeſchrz ſtaet/ ſoo heb ick Schelte van Lyauckema voorſchreven dit ſelves geſchreven ende mijn ſignet naem ende ghewoontlijcke hanteken hier op ghedruckt ende gheſchreven. Opte rugge ſtondt ſoo volcht/ Een ontwerp van mijn Teſtament het welcke ick wil dattet van mijn kijnderen onderhouden ſal worden.

C O P I A,

IN nomine Domini Amen. Een yeghelijck eñ alle die ghene die dit begeert ende van node is te weten ſy kenlyck ende openbaer dat inden Jaer 1535. opden xvj dach in April op ſijn eyghen huys toe Lyauckema in Serbierum in by weſen Heer Hetto/ eñ Heer Schelto Paſtoren te Serbierum/ eñ Oſterbierum/ Heer Anna/ eñ Heer Frerich Vicarius ende Probendarius toe Serbierum getuygen hier toe geroepen ende gebeden is gheweeſt/ lieflyck by ſijn eygen vryen wille wt voordochtigē ſinnen/ eñ niet rijpe beraet ſonder yemants bedwanck ofte voor-herſinge (als hy ſeyde) cloec ſterck/ eñ weten van verſtande/ hoewel ſyck van lichaem die voorſichtige Epo Lyauckema/ voorſiende die gebreckelijckhz der menſchen dat alle Creaturen des natuerlyckē levens eens ſterbē moeten/ ende den ſchult van onſen Vader Adam (dat is die doot) niet wetende hoeneer men d'ſelve ſmaecken ende betalen moet/ ſo dan die doot ganſch ſeecker is/ eñ die ure des doots onſeecker/ waeromme van nooden is wacker ende niet ſlapende vanden meyſter des huysgeſin gevonden worde/ dat hy tijtlijck noch hebbende/ ſijn verſtant ende vijf-ſinnen/ alſo die waerlycke bekeringhe goederen ende haven/ handelt ende beſchickt/ dat hy vanden Heere in tijt der viſitatien als een clocck/ wijs ende verſtandich Rentemeeſter ghepryſt ende gheacht worde/ dat overmits zijn verſumichz ende dachting tuſſchen die erven legatarien/ oft andere luyden gheen twiſt-nye/ haet oft diſſentie eñ come/ ofte voorrype/ deſe poincten voorſz aenmerckende/ heeft Epo Lyauckema voorſchreven eerſt nochtans Godt biddende om gratie in die eere Godts/ ende die ghebenedijſte Maget Maria om die thoren Godts te metighen ende barmhertichept by Godt te verkrijghen maeckt zijn Teſta-

ment codicill nuncupatijf leſte wille/ ſimpel inſtrument ofte alſt oft
derbeſt nae rechts ghewoonte/ ofte gemeene ſtijle des lants ſtaen
mach effect te hebben/ wil oock Epe voorſz iſt dat dit niet ſtaen
mach als een ſolemnel teſtament door het ghebreck van eeniger-
hande ſolemniteyten van rechte/ datter ſal ſtaen inder manieren
alſt alderbeſt ſtal houden mach om datter in alle zijn poincten on-
derhouden mach worden/ ende toe meerder vaſticheyt van deſen
roept Epe voorſz alle andere teſtamenten/ codicillen/ leſte willen/
ofte donatien in wat manieren hy ſulcs in voortyden mochte ge-
maeckt hebben/ oock met derogation ael clauſulen ſulcx van geen
weerden te weſen ende gans niet/ maer deſe leſte wille alleene vaſt
ende volſtandich toe blyven int eyndt van zijn leven: inden eerſten
beveelt Epo Lyauckema voorſz Godt Almachtich/ Maria zijn
ghebenedyde Moeder/ ende alle heylighen Godts/ ſoo dat gebot
Godts verbult is/ hael zijn edele ſiele/ begeert zijn lichaem toe ru-
ſten inde kercke van Serbierum in zijn Vaders graff: Item hy
beſpreeckt Sancte Sixte zijn patroen vijfthien enckel gulden/ Itē
dat heylighe Sacrament Gods Almachtich/ Maria die moeder
Godts/ ende alle lieve heyligen Godts in Serbierumer kercke toe
eere alſoo vele was brandt alſt eerlijc ſal weſen/ Item hy beſpreect
zijn Paſtoor ende Vicarius elck een gouden Croon/ Heer Auert eñ
Heer Frerick elck een Philippus gulden/ die coſter een half gulden/
Item hy maeckt alſoo vele delen/ alſt eerlijck ſal weſen/ Item hy
ordonneert ende beſpreeckt een eeuwich eerſte miſſe to ſinghen op
ſinckte Catharinen Altaer toe ſerbierum toe dat leen daer Heer
Frerick op woent tot die eere Godts/ dat heylige Sacrament op-
den donderdach/ belaſtende daer mede ſes enckel gulden renten
jaerlijcx upt Saerla ſate toe Serbierum/ Item die biddende oor-
den byſonders die Minnebroeders toe Bolſwart alſt eerlijck is/
byholdelijck dat Lidlum ſal hebben drie enckel gulden/ Oiſterbie-
rumer kercke alſoo vele/ Jengium/ Tiemarum/ ende Harlingher
kercke elck een enckel gulden/ Item die ghemeene arme luyden
alſoo veele alſt eerlijck ſal weſen/ Item Gerroldt Herema ſal heb-
ben zijn beſte cleedt/ Itē Tako Herema/ Doko Kenpa/ eñ Schel-
to Latzma elc een eerlijcken gouden penninck/ Item Trijn Kloets
wyf zijn nifte ſal hebben alſoo veele/ ofte dat ghene hy hem Epo
mochte ſchuldich weſen/ Item hy beſpreeckt zijn baſtert ſuſters
kindt als Ebele kindt vier pondematen toe Winaldum die Heſſel
Sybrandts ſoon toe halve heeft/ eñ ooc die twee pondematen die
Jelle loicke ſoō toe Pieterſbierum van hem heeft/ ofte ſoo luttick
A. 1. eñ groot alſe liggen niet te vercoopē dan die poſſeſſoer van Lyauckema
A. 2. ſoo hijt hebben wil die pondtſmate niet hoogher te ghe ven en als vijf-
thien enckel gulden/ ooc ſal hy hebben die renten upt Epo Vaders
teſtament/

teſtament/ Item Sicko Lutze ſoon toe Wynaldum beſpreeckt hy
ofte gheeft hy om Godts wille den uſufruckt ofte gebruyck ſo lan-
ghe als hy leeft vande ſate daer hy op woont/ ende daer toe vyer
pondematen ſaedlandt in Foppema guet ofte ſoo als ſy daer leg- A. 3,
ghen tot eeuwyghen tyden niet te vercoopen dan den poſſeſſoer van Ly- A. 4.
auckema indient hem belyvet die pondſmate niet hooger te geven dan Nota princ
voor vyfthien enckel gulden/ hier mede ſal Sicko voorſz te vreden A. 5.
weſen/ want Epo voorſz voor een ſoon hem niet bekent/ Item Bene
Epo Lyauckema voorſz maeckt erven tot al zijn goeden landen Nota 50
ende anders hier boven niet ghenoemt ende gheſpecificeert/ Hylck
zijn echteſyde/ Schelto Sicko, Luts ende Trijn ſalyghe Sicko Lyauckema
naeghelaten weeskinderen, in manieren naegeſchreven als dat Hylck ſal
hebben alle Epo roerlijcke goederen als gondt/ ſilver/ geldt/ bee-
ſten/ molle goederen ende alle cledinghen/ inboelen/ bedden ende
bulſter ende ſulcx alle die crediten te beuren/ ende die debitoren te
betalen met alle afterdaden/ deſe goeden voorſz ſal Hylck voorſz
hebben tot eeuwyghe tyden/ behalven de ſchenck vatten ſal hebben ende
holden de poſſeſſoer ende beſitter van Lyauckema, Item hier toe boven
ſal Hylck hebben dat uſufruckt ofte ghebruyck tot haer leven toe
Lyauckema huys/ huyſinghe/ ſtaten/ hof/ landt ende ſandt alſt
nu tot Lyauckema ghebruyckt wordt die mole toe Serbierum/ die ſate
daer Claes Janckes nu op woont toe ſerbierum/ Tietze ſate tot
Wynaldum/ met die ſate daer Sicke voorſz op woont/ wanneer
Sicko verſterft voor Hylck/ ooch die ſwanne jacht in Wynalde-
ma reed/ alles al als voorſz toe haer leven toe/ Item oock wil E-
po voorſz dat die ghene die Sicko voorſz ſate bewoont tot eeuwy-
gen tyden ſchuldich weſen die ſwannen voorſchreven te bewaren
ende te wachten: item Hylck voorſchreven ſal hebben voor haer gecofte
landen ſeven pondematen in Ionghe zate tot Pieterſbierum/ die landen Bene
tot eeuwyge tyden byden ſate blyven toe laten/ voor die pondſma-
te alſoo vele te huur te beuren als die ander pondſmaten inde ſate
voorſchreven gelden/ Item oock ſal Hylck voorſchreven hebben
den derdendeel vande landen tot Wynaldum uytghekomen van
Doecko Heſſinghe ende niet meer want ſe in een groot part van
Epo ſelfs betaelt zijn/ hier mede wil Epo dat Hylck voor al ſal toe
vreden weſen/ Item Schelte ſalige Sicko oldſte ſoon voorſchreven ſal heb-
ben tot eeuwyghen tyden te duyrende in præcipuum prælegaet ende voordeel
in eyghendom, ende poſſeſsie nae Hylck voorſz overleven te apprehenderen Nota 2.
ende aen te vaerden Lyauckema huys huyſinghe hornlegher, ende hof, landt
ende ſandt, alſt nu to Lyauckema bruyckt wordt, die moele voorſz de zate
daer Claes Iancke ſoon voorſchreven nu op woont, Tietſe zate voorſz toe
VVynaldum, oock die ſate daer Sicko voorſchreven nu op woent toe VVy-
naldum mit die Swanne jacht in Wynaldema reedt voorſchreven nu
als hylck daer van toe leyd is/ die uſufruct ors bruyckme als voorſz

Digitized by Google

En ſo wil Epe voorſz dat die ſponſalia ofte contract geſchiet by Epe
Nota 3. voorſz ſaliger Lutz Haringſma en Sicko Lyauckema ter eere Ger-
rolt Herema ende Luitz ſijn huyſvrou ter andere thuyſche Schelto
Nota 4. voorſz Anna ofte eene van Gerroldts andere Dochteren ſullē van ſtonden af
voortganck hebben metten eerſten/ Indien Schelte alſoe niet be-
Nota 5. lieftet te doen ende ſoe niet doet/ ſoe ſal hy daermede priveert weſē
ende vervallen vander precipuo en voordeel alles al als voorſz ver-
B. 2. vallen te weſen ende toe hebben Sicke voorſz zijn broeder, Indien Sic-
ke niet vervolget ende effectivelijck doet als voorſz/ ſoe ſal vervallen en
B. 3. hebben in manieren als voorſz Lutz ofte Catharina voorſz. Item of
Nota 6. te niemant vande kinderen voorſz beliefde ſulc als voorſz is te ver-
volgen ſoe heeft Epe voorſz alles al dit voordeel als voorſz in die
B. 4. eere Godts ende zijn ſielē zalicheyt tot dat Cathuſers Clooſter by
Amſterdam ter tijdt toe hier int landt eene geſtichte wordt als dan
Nota 7. hier in dit Clooſter te blijven/Item ofte Schelte voorſz verſtorve ſonder
echte kinderen ſoe ſalt hebben Sicke voorſz oft Sicke verſtorf ſoe ſalt heb-
Nota 8. ben Lutz ofte Catharijn voorſchreven in manieren als voorſz/Item tot al-
len tyden Schelto daer na Schelte kinderen die de olſte is. Daer na zijn oldſte
B. 5. kints kinderen, ende ſoe int eewich inde delgaende ofte neergaende graet, alleene
hebben, ſonder deelſchap daer van te doen, ofte by wanverſtandt van dat olſte
Nota 9. kindt tot allen tijden een vande andere kinderen die daer bequaemſt toe is, dat
voordeel als voorſz te hebben / Ende dat by diſcretie vanden Abt
A, 6. van Lidlum/ende die Paſtoren van Petersbyrum ende Oeſterby-
rum/Item ofte Schelte voorſchreven in zijn poſteriteyt ende naecomelinghen
Nota 10. verſtorve ſoe ſal dat precipuum voordeel ende prælegaet als voorſz
hebben ende vervallen op Sicke naecomelinghen In manieren als voorſz
Nota 11. ende in ghebreke van Sicko voorſz naecomende op Luts ende Ca-
a)Hic teſta tharines in manieren tot allen tyden als voorſz. Item oock wil Epo
mentū pa- voorſz dat die Heere vant voordeel, als voorſtionder in perſoon ſelven Zal
tris ſenio Lyauckema bewoonen in manieren als voorſchreven, Item voort maec-
ris Schelro ket Epo Liauckema voorſchreven gelijcke erven tot alle ſijn goeden ende landē
nis teſtamē hier boven niet geſpecificeert Schelto, Sicke, Luitz, ende Catharina ſalige Sic-
tum ab ad- ko Lijauckema kinderen voorſchreven toegelijck toe deelen. Ende ſo ſal ge-
verſarijs conſolideert/ ende teniete weſen dat gelt op geboort van Hylck Li-
peſſime di- auckema tot reparatie van Lyauckema huys / ende oock toe niet te
ſtractū ap hier mit dat gelt op geboert van olde huyſter ſate om dat Epo van ſijn broo-
probari. ders doot af lange tijt die renten van Lyauckema oock luyt ſijnen vaders Te-
b) Gerardi ſtament ſalige gedachten meeſt heeft, ende oock alles nu aende timmerin-
filiam ge toe Lyauckema al beſteedt is/Itē wil Epo voorſz dat Schelto
c) Vidua He voorſchreven mit Gerrolts dochter a als voorſchreven als hy woo-
lena præpo ninge begrypen tot Lyauckema met Hylck b voorſchreven ſullē wo-
nitur & or nen/omme van haer te leeren ende hooren/hier mede wil Epo voor-
dinatur ip- ſchreven dat ſijn erven legatarij/ donatarij ende alle luyden ſul-
ſis. len toe vrede weſen/by verbeurteniſſe het ghene dat een yeder van
hem